




Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-
ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

Top.

120


Cambr. 8¹⁸³
17

41. ⁵⁸
11 17.

h Top. 150
11









Cambridge Antiquarian Society. Octavo Publications.
No. XVII.

HISTORIOLA COLLEGII CORPORIS CHRISTI.

BY

JOHN JOSSELIN,
FELLOW OF QUEENS' COLLEGE,
AND LATIN SECRETARY TO ARCHBISHOP PARKER.

EDITED FOR THE CAMBRIDGE ANTIQUARIAN SOCIETY, WITH
NOTES AND ILLUSTRATIVE DOCUMENTS,

BY

JOHN WILLIS CLARK, M.A.,
LATE FELLOW OF TRINITY COLLEGE.



Cambridge :
PRINTED FOR THE CAMBRIDGE ANTIQUARIAN SOCIETY.
SOLD BY DEIGHTON, BELL AND CO.,
AND MACMILLAN AND CO.
GEORGE BELL AND SONS, LONDON.
1880.

Price Two Shillings.

Soc. Cambridge 8 163

CAMBRIDGE ANTIQUARIAN SOCIETY.
COUNCIL.

May 26, 1879.

President.

THOMAS McKENNY HUGHES, Esq., M.A., F.S.A., Trinity College,
Woodwardian Professor of Geology.

Vice-Presidents.

CHARLES CARDALE BABINGTON, Esq., M.A., F.R.S., St John's
College, *Professor of Botany.*

GEORGE MURRAY HUMPHRY, Esq., M.D., F.R.S., Downing College,
Professor of Anatomy.

HENRY BRADSHAW, Esq., M.A., King's College, *University Librarian.*

Treasurer.

WILLIAM MILNER FAWCETT, Esq., M.A., Jesus College.

Secretary.

Rev. SAMUEL SAVAGE LEWIS, M.A., Corpus Christi College.

Ordinary Members.

Rev. GEORGE FORREST BROWNE, M.A., St Catharine's College.

JOHN WILLIS CLARK, Esq., M.A., Trinity College.

THOMAS HACK NAYLOR, Esq., M.A.

Rev. HENRY RICHARDS LUARD, D.D., Trinity College, *University
Registrary.*

Rev. JOHN EYTON BICKERSTETH MAYOR, M.A., St John's College,
Professor of Latin.

Rev. WALTER WILLIAM SKEAT, M.A., Christ's College, *Elrington
and Bosworth Professor of Anglo-Saxon.*

FREDERICK CHARLES WACE, Esq., M.A., LL.M., St John's College.

Rev. BRYAN WALKER, LL.D., Corpus Christi College.

ALFRED NEWTON, Esq., M.A., F.R.S., Magdalene College, *Professor
of Zoology and Comparative Anatomy.*

JOHN EBENEZER FOSTER, Esq., M.A., Trinity College.

ALFRED PAGET HUMPHRY, Esq., M.A., Trinity College.

GEORGE MACKENZIE BACON, Esq., M.A., M.D.

HISTORIOLA
COLLEGII CORPORIS CHRISTI.

Cambridge:

PRINTED BY C. J. CLAY, M.A.

AT THE UNIVERSITY PRESS.

Calc^u

HISTORIOLA COLLEGII CORPORIS CHRISTI.

BY

JOHN JOSSELIN,
FELLOW OF QUEENS' COLLEGE,
AND LATIN SECRETARY TO ARCHBISHOP PARKER.

*EDITED FOR THE CAMBRIDGE ANTIQUARIAN SOCIETY, WITH
NOTES AND ILLUSTRATIVE DOCUMENTS,*

BY

JOHN WILLIS CLARK, M.A.,
LATE FELLOW OF TRINITY COLLEGE.



Cambridge:

PRINTED FOR THE CAMBRIDGE ANTIQUARIAN SOCIETY.
SOLD BY DEIGHTON, BELL AND CO.,
AND MACMILLAN AND CO.
GEORGE BELL AND SONS, LONDON.
1880.

PREFACE.

THE "Brief Account of Corpus Christi College," drawn up by John Josselin, Fellow of Queens' College, which has hitherto been accessible only through the somewhat faulty transcript of Baker, is here printed for the first time.

In estimating the value of the work, it must be borne in mind that it does not pretend to be a detailed history of the College. It may rather be described as a sketch of the acquisition of the site, and the origin and progress of the buildings: as, in fact, one of the earliest attempts to write the architectural and social history of a College. The few historical facts narrated all bear more or less directly upon this main object; or upon another which was evidently almost equally dear to our author, namely, the exhibition of his patron, Archbishop Parker, as the wisest of administrators, the most generous of benefactors, as almost the second Founder of the College. It is curious that Parker should have permitted such undisguised flattery of himself to appear in a treatise composed at his own desire, and for his own use, as the author informs us, § 65. It was, however, probably not intended for publication.

The account of the College buildings, which appears to have been drawn up about 1569 (§ 73), is the most interesting and valuable portion of the work. The author goes through them, room by room, recording that the walls were plastered by one occupant, the floor laid by a second, the ceiling added by a third, and so on. These changes, of most of which he must have been an eye-witness, were all introduced during the first half of the sixteenth century. From the serious way in which they are chronicled, we may safely conclude that before that time the occupants had been content with open rafters, mud floors, unplastered walls, and unglazed windows; and that what we regard as the most ordinary necessities, were in those days noteworthy innovations.

I have divided the history into sections, numbered for facility of reference. An account of the three MSS. on which the text has been based is given in the notes, which otherwise are chiefly occupied by illustrative documents, hitherto unprinted, to the exclusion of information that can be obtained from books.

I have to thank the Rev. S. S. Lewis, M.A., Fellow of Corpus Christi College, for his trouble in trying to find the MSS. belonging to his College, and for his assistance in enabling me to incorporate in my text their readings when found; and still more Henry Bradshaw, M.A., Fellow of King's College, for much kind advice, and not a few corrections.

JOHN WILLIS CLARK.

1, SCROOPE TERRACE, CAMBRIDGE,
August, 1879.

CONTENTS.

	PAGE
HISTORIOLA	1
NOTES	52

HISTORIOLA

COLLEGII CORPORIS CHRISTI ET BEATÆ MARIÆ CANTABRIGIÆ¹.

§ 1.] TRADUNT ex veterum monumentis maiores nostri, suis Of the
Gilds of
Corpus
Christi
and
S. Mary.
que testimoniis comprobauerunt, quod olim in oppido Cantabrigiensi insignes quedam societates (quas Gildas seu fraternitates vocant) frequentate erant. Inter has due memorabiles : quarum altera, eaque celebrior, Gilda Corporis Christi : altera vero Gilda Beate Marie de Cantabrigia dicebatur. Que vt situ et appellatione diuerse fuerant ac diuise : ita studio ac solitudine vne videbantur ac vnite. Nam de propagando honore sue cuiusque societatis magno vtrunque contentionis ardore desudatum est. Quocirca partis vtriusque fratres et sorores vt probe regerentur, seperatim sibi Aldermannum (magistratum annum) constituere. Quemadmodum igitur societas Gilde Sancte Marie terras ac tenementa in manu

¹ The readings of the Corpus MS. transcribed by Baker are designated, B ; those of the copy in the Registry, R ; those of the University Library MS., L ; those of the second Corpus MS., C. An account of these MSS., with the notes, will be found at the end of the text.

mortua (quam vocant) acquirendi studio flagrans ad sacellorum quorundam sustentationem, qui pro animabus sue fraternitatis in ecclesia Beate Marie celebrarent: pari ratione Aldermannus, fratres, et sorores Gilde corporis Christi non minorem operam posuerunt in terris ac tenementis acquirendis, vnde sacerdotibus quibusdam victus suppeteret pro animabus fratrum et sororum eiusdem Gilde in parochiali ecclesia sancti Benedicti celebraturis. Et vtrique sane fraternitati potestatem fecit Edwardus tertius partim vndecimo, partim vero decimo sexto ac vicesimo annis regni sui terras eiusmodi et¹ tenementa mortizandi, que alterutra pars (suggerente pietatis sue affectu) in vsus predictos conferre vellet². Qua in re acriter vtrinque certatum est, paribus sane studiis, at³ euentu longe dispari: nam quo maior ad Gildam Corporis Christi, tum quoad fratrum numerum, tum quoad redditus terrarum facta est accessio: tanto maior ad Gildam sancte Marie horum omnium diminutio.

16—20
Edw. III.
Jan. 25, }
1342— }
Jan. 24, }
1347. }
The gild
of Corpus
Christi
acquire
ground on
which to
build a
College.

§ 2.] Circa quod tempus, videlicet annis regis Edwardi tertii sextodecimo, et vicesimo, Aldermannum, fratres, et sorores Gilde corporis Christi non mediocriter anxios ac sollicitos habuit hec cogitatio; quomodo collegium edificarent, vnde tam⁴ literarum in academia studiosi professores, quam ad Deum pro singulis fraternitatis sue personis, prout quemque mors occuparet, pii precatores emigrarent. Quo factum est vt illi fratres qui in sanctorum Benedicti ac Botulphi parochiis habitabant, diuersa tenementa et domos non ita dissitas vico illi qui dicitur Luthburne Lane contiguas habentes, suas ipsorum habitationes demolirentur, et vt inde collegium edificarent summa consensione satagerent, acquisitis una quibusdam tenementis ibidem sitis que ad Academiam iure spectabant. Inde solum quadratam gerens figuram, quod collegium suo ambitu complecteretur⁵,

¹ ac B, R.

² vellent B, R.

³ ac B.

⁴ tam—quam R. tam—tum B, C.

⁵ complectitur R.

vacuum habebant et paratum quantum nunc temporis intercapedinis est inter anteriorem portam et hortum magistri; quamvis postea, partim acquirendo, partim permutando, tantum solo amplitudinis, quantum hodie conspicitur, adiecerant.

§ 3.] Iam vero fraternitas Gilde sancte Marie, dum quam nihil ipsa posset in hoc genere beneficentie cerneret, ac honestissimum alterius Gilde fratrum sororumque studium perspiceret, magno inflamata est desiderio sese corporis Christi Gilde vniendi. In quam sententiam ab Aldermanno et fraternitate facile pedibus itum est, hoc presertim nomine, quod predicta Gilda beate Marie a rege¹ Edwardo anno septimo eiusdem Regis licentiam manus mortue pro reditu annuo viginti librarum acquisivisset. Denique, quum iam vna illa utriusque partis sese vniendi sententia valuisset, communi consensu per amicos suos apud predictum Regem Edwardum egerunt, tam pro se vniendi facultate, quam pro Collegio suo, quod in opere erat et ad calcem fere perductum, Regio diplomate confirmando; prudenter in hoc mature prospicientes, vt, quum alii quidam fundatores Collegia sua que edificabant priuata auctoritate (bullis solis contenti papalibus) stabilirent, que nec nisi multis interiectis annis Regie confirmationis robur acceperunt, ipsi Regia auctoritate muniti collegii privilegia securius tuerentur, ac omnem aduersarie cavillationis occasionem amputarent. Quamuis nec ipsis papalibus confirmationibus omnino destitutum² fuit collegium: quas tamen oppidani, seditiose in collegium irruentes, tempore Regis Ricardi secundi (vt postea copiosius referetur) flammis absumpserunt; alias etiam cartas et monumenta permulta scriptis comprehensa eodem incendio involuentes. Aldermannus igitur et fratres predicti voti compotes facti sunt; hac clausula in cartis Regiis comprehensa, vt pro ipso etiam et Philippa uxore sua regina preces offerrent; vt ex iisdem cartis dicti Regis (datis septimo die Nouembris, anno regni sui vicesimo sexto) mani-

The gilds are united, and obtain from the king (Nov. 7, 26 Edw. III. 1352) authority to found a college, and to accept the advowson of S. Benedict's Church.

¹ a rege scilicet B, R.

² destitutum R.

festum est. Quarum in altera non solum concessa potestas stabiliendi et ornandi collegii, sed etiam stabiliendi per manum mortuam advocationem ecclesie sancti Benedicti, quam olim acquisierunt a Johanne Dargentem milite, Henricus de Tangmere, et Willelmus Horwode, Willelmus de Wymlingham¹ clericus, et alii. Quam quidem aduocationem dominus Edwardus de Cantabrigia et mater eius quondam dederunt sancto Albano, vt in Registro quodam² monasterii eiusdem fol. 102 apparet.

The united Gilds devote themselves with energy to the work of establishing the College. They appoint a Master and two fellows (to whom two chaplains are added by John de Cambridge), and make statutes.

§ 4.] Prædictæ itaque fraternitates sic vnite in exedificandum, ornandum, ac stabiliendum sic ceptum commune Collegium communem operam et industriam summa cum alacritate contulerunt.

Magistrum igitur constituerunt, ac socios numero tantum duos tunc temporis, quamuis non ita multo post dominus Johannes de Cantabrigia miles (cuius multa extitere singularia in hoc collegium beneficia vt postea docebitur) numerum hunc auxerit, sacellanis videlicet duobus additis. Paulo ante hoc tempus Aldermannus, (cuius officium erat annuum, vt predictum est) et fratres, sanctiones quasdam legesque ferebant, quibus tam illius societatis fratres, quam collegii scholastici futuri commodius regerentur; atque harum auctoritas aliquot ibidem annos sacrosancta permansit. Inter cetera hoc statutum est, ut sacellani, defuncto aliquo fratrum aut sororum, ad parochialem ecclesiam, in qua funus eiusdem habebatur, se conferrent, ritus et exequias suas, prout ius ferebat, ibidem peracturi; quamuis alias in collegio se continerent, ac in parochiali ecclesia sancti Benedicti fere celebrarent: iuxta morem receptum per aliquot annos priusquam due Gilde vnirentur.

A second body of statutes is made, and confirmed by various persons.

§ 5.] Paulo uero postquam due Gilde sic vnite sunt, alia statuta composuerunt ad collegii gubernationis rationem magis accommodata, que diuersis temporibus ac per diuersas personas confirmata sunt; primum vero per Thomam Eliensem episcopum solum, anno consecrationis sue primo; secundo per

¹ Wyntingam R.

² quondam R, B, C.

eundem episcopum anno consecrationis sue octauo, et per capitulum eiusdem Eliensis ecclesie; tertio per sigillum fraternitatis cum ordinationibus et statutis prioribus vna cum aliis cartis et monumentis in prima edificatione collegii, cum codicillis de ratione dati et expensi &c., vt registra et peculiaria quedam scripta in collegio testatum reliquerunt, quamuis ipsa originalia scripta vt plurimum vel negligentia¹ perierint, vel flammis per oppidanos conflagrata sint. Predictus igitur Aldermannus et fratres honestissimi sui studii complures in aula Regia fautores habuerunt et amicos: in quorum numero facile princeps erat Philippa regina Gu'elmi comitis Auonie filia, eiusdem Edwardi tertii vxor, femina probatissima: que (iuxta Polidorum) in hanc curam non minus sancte quam serio incumbens, vt iuventutem Anglicam suis opibus ad virtutem et literarum studia excitaret, Collegium quoddam Oxonie anno Domini 1340 (*Collegium Reginale* appellatum) statuit et fundauit. Cuius etiam (teste Fabiano) summa extitit erga Canonicos sancti Stephani Westmonasterii munificentia. Hec itaque cum nobilibus quibusdam aulicis et aliis probis viris sic egit apud predictum regem anno regni eius² 26 vt quam facillime ab eodem licentiam impetrarint, sumptibus tamen et expensis duarum Gildarum que iam tum vnite fuerant et coniuncte.

Their chief friend at court is Queen Philippa.

Quo quidem tempore Thomam de Eltisley legum baccalareum et rectorem de Lambehith³ in Comitatu Surrey sacellanum quondam Archiepiscopi Cantuariensis, eiusdem domus siue collegii custodem seu magistrum iterum per electionem constituerunt et stabilierunt, itemque duos elegerunt socios siue scholares (vt predictum est) videlicet D. Joannem Rayson de Fulborne⁴ et D. Thomam Camps, nec eo tempore plures: propterea quod annui redditus Collegii non pertinebant ad eam summam vnde commode magister et plures socii cum scholasticis et

Thomas de Eltisley master for the second time.

¹ per negligentiam R.

² eius Edwardi B, C, R.

³ Lambith B. Lambith C.

⁴ Fulbuorne R.

ministris necessariis eiusdem Collegii ali ac sustineri possent ante appropriationem rectorie de Grāncester et acquisitionem manerii de Landbeche.

Henry Duke of Lancaster is elected Alderman of the united Gilds. He confirms their statutes, which are afterwards confirmed by the Bishop of Ely, the united Gilds, and the University, A.D. 1355.

§ 6.] Postquam igitur Aldermannus et fratres predicti quod petierant a Rege impetrassent, tanto propensius ad ceptum collegium exornandum ditandumque intenti erant, adeo vt eodem anno summam fere manum externis edificiis imposuerint; et quia adhuc opus eis fore videbatur ampliori potestate a Rege impetranda, partim ad vberiores redditus acquirendos, partim ad alia collegii negotia obeunda, contendebant ab illustri viro Henrico Darbie et Lancastrie comite, qui anno Edwardi tertii vicesimo octauo circa festum Pentecostes in Parlamento apud Westmonasterium dux Lancastrie creatus est (Polidoro, Fabiano, et aliis chronographis attestantibus), vt Aldermannus eorum fieret; quo mediante, res suas ad optatos possent exitus deducere; hoc precipue nomine illum summa apud Regem gratia pollere credentes, quod ipse eiusdem Regis antea per etatem non sui iuris tutelam gerebat. Quocirca proximo corporis Christi festo hunc sibi Aldermannum delegerunt. Ille igitur breui postea in scripto quodam suo, non ut dux, vel sigillo ducatus sui, vel sigillo suo priuato (ad arma vt vocant) sed tantum vt Aldermannus per sigillum eiusdem Gilde, vnanimi fratrum accedente consensu, vicesimo primo die mensis Martii (qui Diuo Benedicto sacer est) proxime sequenti, predictum Collegium, magistrum, ac socios confirmavit. Atque etiam liber ille statutorum Collegii (cuius supra mentio facta est) per eundem ducem eodem tempore rursus confirmatus est, vt postea adhuc semel non solum statuta, sed collegium quoque, rata sunt per Thomam episcopum Eliensem, et per sigillum Gilde Corporis Christi ac beate Marie, perque Priorem cathedralis ecclesie Eliensis et per sigillum Vniuersitatis Cantabrigie. Que quidem confirmationes omnes in eodem instrumento contente sigillis cuiusque partis appositis date sunt anno 1355. Postremo constitutiones et statuta predicta ad maiorem comprobationem firmata sunt per

Academie cancellarium et per magistrum ipsum sociosque collegii predicti Anno domini 1356, ac in communibus scholarum arcis posita.

Also by the Chancellor and the College, 1356.

§ 7.] Circa quem annum magister et socii adiunxerunt collegio fundum illum, qui nunc magistri siue custodis hortus est. Nec indignum scitu est, quod pars inde tenebatur a Domo Prioris et alborum Canonorum Cantabrigie per redditum trium solidorum et duorum denariorum; qui quidem redditus nuper in vsum collegii acquisitus est.

About the same time the ground is bought which is now the Master's garden. Beyond this are the three tenements which (Jan. 28, 1347) Edmund Gonville bought for his students.

Iam vero silentio pretereundum non est quod inter hortum magistri et murum loco illi adiacentem etc.¹ qui dicitur Penfarthinge lane erant tria tenementa, que Edmundus de Gunwell Rector de Terington in comitatu Norfolcie acquisiuit in vsum studentium ibidem, videlicet iuxta Luthburne lane, anno 1347 et 28 die Januarii, vt per scriptum ipsius patet; pro quibus quidem tribus tenementis, vna cum pomario, persolvebantur annui redditus nomine 20 solidi; eademque tenementa ad partem orientalem adiacebant loco dicto Luthborne² lane; ad partem vero occidentalem cimiterio sancti Botulphi, in quod porta illorum anterior se pandit. Concessaque est prefato Edmundo collegium viginti quatuor scholasticorum ibidem edificandi licentia, et quodcunque vellet nomen eidem imponendi, ac prout ei propria³ suggessit mentis devotio dedicandi. Itaque anno sequenti, viz. 1348, feria quinta Pentecostes per scriptum suum eodem tempore datum, Annunciationis beate Marie nomen ipsi indidit: constituitque primum magistrum eiusdem collegii Johannem de Colton, (qui eidem Edmundo successit in rectoriam de Terington), et quatuor socios elegit, deditque eis statuta, suo et Academie Cancellarii sigillo confirmata.

He calls it the Hall of the Annunciation of S. Mary, 1348.

§ 8.] Hiis temporibus Gulielmus Bateman in Nordovicensi ciuitate oriundus, ac in eiusdem Dioceseos episcopalem dignitatem sublimatus, domum studentium edificauit cui titulum

William Bateman, Bp. of Norwich, founds

¹ et ei R. etc B, C.

² Luthburne R.

³ propriæ R. proprie B, C.

Trinity
Hall. Is
made
Gonville's
executor.

fecit, *Custos et Collegium Aule Scholarium Sancte Trinitatis de Norwico*¹ in *Uniuersitate Cantabrigie*, et sic nominari uoluit; quem titulum Simon Islep olim Archiepiscopus Cantuariensis diserte exprimit (quamvis iam collegium illud ex concessione parlamenti in diebus Marie Regine titulum habet in sua corporatione *Magister, Socii, et Scholares Collegii siue Aule Sancte Trinitatis in Uniuersitate Cantabrigie*). Quo tempore etiam Edmundus² Gunwell in humanis agere desistens (qui bonorum suorum executionem eidem episcopo credidit³, magnam pecuniæ vim relinquens, qua summa manus imponeretur illi collegio quod in loco situm est cui nomen Luthborne lane) hic Gulielmus⁴ duo emit tenementa, partim ab Academia, partim ab hospitio S. Johannis, (cuius tunc temporis magister extitit Gulielmus Birie) Anno Domini 1352. Quorum tenementorum illud quod Academie fuerat appellabatur *The longe entrie*⁵.

He exchanges
(June 1,
1353) Gonville's site
for a
house
opposite
Michael
house,
which
John de
Cambridge
had bequeathed
to the Gild
in 1347:
and another next
to it belonging
to John Gold-
corne.

§ 9.] Circa quod tempus predictus Gulielmus, prefati collegii stabiliendi (quod iam ante collegium Annunciationis beate Marie nominabatur) eandemque domum domui sue (que tunc in opere fuerat) conterminam habendi cupidus, cum Aldermanno, magistro, sociis ac fratribus Collegii corporis Christi transegit (anno Domini 1353 primo die Junii, vt patet ex diuersis scriptis tum latine tum gallice conscriptis) interueniente etiam licentia Regia collegio corporis Christi concessa, vt tota edificia et hortos quos in loco dicto Luthborne lane habuerunt secum commutarent, pro domo quadam que olim fuerat Johannis de Cantabrigia militis; qui quidem Johannes obiit circa annum domini 1347, quo anno fuit etiam Aldermannus predictæ Gilde. Hec domus, vulgo nuncupata *Stonehouse*, cuius ea fuerat habitatio principalis seu capitale messuagium (vt vocant), ex aduerso

¹ Norwico B, C. Nordouico R. ² Gulielmus R, B, C, corrected in B, C, to Edmundus in a later hand. Baker corrects [Edm]. ³ tradidit R.
⁴ Edmundus R, B, C, corrected in B, C to Gulielmus. ⁵ appellatur the longe entrie R.

Collegii quod quondam erat D. Michaelis ex parte australi sita¹ [est]. Addidit etiam aliud tenementum adiacens, quod aliquando fuerat Johannis de Goldcorne, vna cum scholis ibidem publicis (vbi artium professores disputare solebant), officinis, hortis, muris, et reliquis ad ea pertinentibus sitis in Henney.

Qui quidem Johannes de Goldcorne quum suo tempore erat Aldermannus predictæ Gilde, dedit magnum cornu potatorium ornatum operculo cum suis appendicibus ex argento deaurato, quo vsi sunt eiusdem Gilde fratres in festo precipue Corporis Christi sane liberaliter.

John Goldcorne had given a drinking-horn of silver gilt to the Gild.

§ 10.] Iam summa omnium eorum consensione statutum est, (vt patet euidenter ex predictis indenturis anno superius nominato videlicet 1353, approbante tam episcopo quam Henrico duce Lancastrie iam tum Aldermanno nuper electo,) vt aula illa Gunwelli siue Annunciationis beate Marie permutaretur cum predictis domibus siue habitationibus et hortis sitis in Luthborne lane predicto: adiecta hac insuper conditione quod acquirerent in vsum collegii corporis Christi patronatum ecclesie S. Botulphi a domina Maria de S. Paulo Comitissa, et coniuge Audomari de Valentia comitis de Penbroke, ²aulæ de Valence Marie sic dicte dudum Fundatrice, que nunc Aula Penbrochiana vulgo appellatur. Et sic convenit quod sumptus et expensas permutationis et patronatus supradicti ac ceterorum omnium que Londini facienda erant et a Rege impetranda, magister et socii Collegii Annunciationis beate Marie sustinerent; reliquas autem omnes (videlicet que inter Academiam Cantabrigiensem sustinende essent) Thomas de Eltisley magister collegii corporis Christi et socii eiusdem exponerent. Qua quidem permutatione factum est, vt studentes Aule siue collegii Annunciationis beate Marie in predictum *Stonehouse* translati sunt; vicissimque magister³ et socii collegii corporis

The exchange is approved by the Bp. of Ely, and the Duke of Lancaster, on condition that the Hall of the Annunciation acquire the advowson of S. Botolph for the college of Corpus Christi.

Apportionment of the expense.

¹ ita R, B, C.

and a half is left for it.

² "Aulæ—et sic," om. R; where however a line

³ magistri R, B, C.

Christi fundos suos habuerint in Lutborne lane in ampliorem modum propagatos.

Death of
Bp. Bate-
man (Jan.
6, 1354),
which oc-
casions the
non-fulfil-
ment of
the condi-
tion about
S.Botulph.

Memorandum etiam quod anno Domini 1354 Willelmus¹ antistes Nordovici supradictus e viuis excesserat Auinioni in festo Epiphanie Domini, vt in registro Simonis de Islip olim Cantuariensis Archiepiscopi fol. 333² patet. Vnde postea, videlicet anno Domini 1356, grauis contentio orta est inter collegium corporis Christi et aulam Annunciationis beate Marie hac de causa, quod permutationis superius memorate conditionibus ab ipsa aula statum non esset, precipue in acquirenda advocacione S. Botulphi. Demum vero lis ea composita est et sedata, vnde aula predicta collegio corporis Christi (nam ita inter eos convenerat) summam 40 marcarum persoluit.

The Duke
of Lancas-
ter obtains
a license in
mortmain
for the col-
lege: and
gives seven
silver
shields to
the Gild.

§ 11.] Itaque vtroque collegio sic stabilito, vtrumque eorum in amplificationis sue curam ac sollicitudinem grauter incubuit. ³Intra quod tempus nullius monumenti in collegio conspiciendi testimonio declaratur, aliquid beneficentie a predicto Henrico Duce Lancastrie ad collegium corporis Christi incrementum profectum esse: preterquam quod eo mediatore sepius vtebantur magister et socii collegii cum fratribus eiusdem fraternitatis ad licentiam manus mortue sic vbi opus videbatur a rege acquirendam. Excepto quod dedit fratribus Gilde septem⁴ scuta argentea obrizo circumducta (vulgo *enameled*) cum insignibus suis iisdem scutis insculptis, quorum pondus ad vncias xj [et] d[imidiam]⁵ pertigerat.

The manor
of Barton
bought
from him.

⁶Quod autem attinet ad manerium de Barton erat illud quidem

¹ Willelmus B, C. Gulielmus R.

² 78 C.

³ This passage, from "Intra quod—dedit," runs as follows in B, R: "Inter quod tempus predicto aldermano mediatore aliquoties vtebantur magister et socii collegii cum fratribus eiusdem fraternitatis ad licentiam manus mortue a rege acquirendam. Qui dedit" etc.

⁴ duodecim C.

⁵ viginti octo C.

⁶ Instead of "Quod—expensis," the reading of C, B R read "A quo manerium de Barton ex eius terris emptum et acquisitum sumptibus et expensis (vt postea particulatius) magistri" etc.

ex eius terris emptum et acquisitum, sumptibus tamen et expensis magistri sociorum et fratrum dictarum Gildarum: ideoque¹ ad preces pro eorundem animabus Deo offerendas collegium tenebatur; vt patet ex inquisitione quadam scaccarii regii, et ex instrumento manus mortue, in quo mentio fit precum pro Rege et Regina solummodo persoluendarum, nec de vllis vel in maioribus vel heredibus eiusdem ducis².

Quantum autem ad illud manerium attinet, multe lites intercesserunt inter collegium hoc et collegium Regale Cantabrigie, et etiam inter collegium de Merton Hall Oxonie. Que quidem lites iam per mutuum eorum assensum in literis redactum conquieuerunt.

§ 12.] Thomas de Eltisley predictus patrimonio satis The wise administration of Thomas de Eltisley. vbere peditus beneficiisque ecclesiasticis onustus, et opibus prepollens, sapientia preterea seculari belle ornatus, ac in longitudinem prospiciens, omnes curas cogitationesque suas in eorum studia amplificanda contulit. Qua in re nullis suis sumptibus aut expensis pepercit, nec vnquam in ope aliena ad has res promouendas, victumque collegii ampliorem reddendum, adiungenda segnis extitit. Cuius quidem victus pars ante id temporis data et mortizata fuerat predictis Gildis, per diuersos benefactores fratres corporationis eiusdem, veluti per Johannem de Cantabrigia militem predictum, ac Thomam eius filium, qui duos socios in perpetuum fundabant in eodem Collegio, ex donatione quarundam suarum possessionum in domibus, redditibus, ac terris: in domibus quidem Cantabrigie et Newnhamie numero 35 vel 36, preter ipsius Iohannis habitationem principalem (capitale messuagium) nomine *Stonehouse* predictam, quo in loco nunc temporis situm est Gunwelli et Caii collegium; et in redditibus assisarum in eodem oppido 41 solidi; in terris ad vtrosque oppidi fines, orientalem scilicet et occidentalem, ad summam centum acrarum vna roda excepta.

¹ om. 'que' R.

² nec—ducis C. See the note to this section.

Henry Tangmer bequeaths houses in Cambridge to the college.

§ 13.] Henricus Tangmer quondam municeps siue burgensis Cantabrigie et predictæ Gilde frater principalis, testamento suo dedit et collegio mortuarii voluit circa 18 aut 19 domos et tenementa intra Cantabrigiam ac Newnhamiam et in terris ad utrosque oppidi fines ad summam 85 acrarum; fecitque heremitagium nuper S. Anne, et hospitium Lazarorum ibidem suis ipsius sumptibus et expensis edificari, eademque collegio legavit (quamvis ea oppidani collegio ablata per multis iam annis possederint). Que quidem omnia collegio ab eo donata fuisse testamentum ipsius adhuc in archiviis collegii relictum satis luculenter ostendit; in quo predictus Thomas Eltisley, primus magister, fidei commissarius (vulgo *Feoffee of trust*) factus est ad earundem domorum terrarum etc., vsus ac possessiones in manus Collegii traditionem prestandam. Qui quidem Henricus Tangmer certas quasdam annuas pensiones et summas pecuniarum non mediocres collegio dedit.

In 1342 he had given a sacramental cup.

Itemque poculum illud quod appellatur *the Gripes eye* dedit circa annum Domini 1342 olim in hunc vsum, ut pixis esset in quo circumferretur eucharistia; quod per aliud quoddam monstrum (vt dicitur) magis appositum postea datum per dominum Johannem de Cantabrigia militem, mutatum est in ciphum communem. Hoc poculum ex ovo¹ factum confractum fuit in diebus Laurentii Maptit, et renouatum fuit ex argentea materia tempore Johannis Porey.

He gave also silver shields to be carried in the pro-

§ 14. Dedit etiam scuta quedam argentea obrizo circumducta cum cruce ac insignibus Christi ponderantia 16 vncias et di[midiam] (vt erant et cetera a predicto duce data) que geri²

¹ Baker suggests 'de novo'!

² This passage, from "appellatur—geri," ran originally as follows. in C, R, and probably in B also, but has been replaced in B, C, R by that given above, written on a slip of paper which once was pinned above the other in R, and is now bound so as to fall over it. In C the slip is attached by a wafer. In B it is pasted across the page so that the original reading cannot be made out.

"*y' gripes eye* argento impositum cum operculo ex eadem materia, que

portarique solebant, durante tempore Gilde, per seniores fratres eiusdem in solemni ipsorum processione die corporis Christi a templo sancti Benedicti ad magnum vsque pontem, et sic per singulas oppidi partes donec ad predictum templum regrederentur: et post eiusdem fraternitatis dissolutionem gerebantur a magistro, sociis, et scholaribus eiusdem domus in processione ipsorum: magistro in capa serica sub conopeo, sacramentum portante in magna et sumptuosa pixide argentea et deaurata; vicecancellario cum academia: et pretore cum fratribus suis sequentibus. Quam quidem pixidem vnciarum lxxviii et di[midiam] collegio dono dederat predictus Johannes de Cantabrigia miles, vnus ex iusticiariis regiis et tunc temporis Gilde Aldermannus Anno Domini 1344.

Hec¹ processio dissoluta est et abrogata in quadam visitatione anno 27 Henrici 8, doctore Thoma Legh legum doctore in eadem visitatione primas tenente. Vnde magister et socii collegii pixidem et scuta predicta vendiderunt, pecunias pro hiis acceptas in idem collegium adornandum insumentes, vt postea patebit.

Atque hic silentio non est inuoluendum quod quotannis, finita dicta processione, erat hoc in more positum et consuetudine; vt pretor cum quibusdam burgensibus siue municipibus et balliuis oppidi ad prandium a collegio inuitarentur. Qui quidem mos ad processionis dissolutionem (sublato rite cum causa effectum) antiquatus est, eoque potius quod quidam Ricardus Roulfe, qui eo tempore pretorem egit, pransiunculam hanc, quam auidis faucibus iam tum deuorabat, in debitorum loco, non in humanitatis ratione ponebat. Vnde quidam oppidanus ex eorum sodalitate magno conatu contendebat se posse producere D. Georgium (si diis placet) equo insidentem in cera²

etiam adhuc in bonis collegii et sunt et habentur, una cum scutis quibusdam argenteis obrizo circumductis cum cruce ac insignibus christi ponderantibus 16 uncias et di (vt erant et cetera a predicto duce data) que geri etc."

¹ Sed hec R, B, C.

² ære, Baker.

cession of
the Corpus
Domini.

Sold in the
reign of
Hen. VIII.

Annual
dinner
given on
the festival
to the
leading
townsmen.

Dissen-
sions
there-
upon: and
question
of the
right of
the college
to certain
property.

expressum; quo euictum voluit hoc prandium sibi suisque summo iure deberi. Vnde factum est vt magister et socii ipsos ad prandium vlterius invitare desierint. Quam rem (vt par erat scilicet) grauiter sane ferebant homines grauissimi: adiecta hac insuper comminatione, acerba quidem illa et insolenti, fore propediem vt tenementa collegii magnam partem in possessionem suam deuenirent; adeoque eorundem precipua inter se ipsos spe verbisque conceptis iniquam quandam equalitatem sortiti sunt: nescientes eadem a collegio per manum mortuam (vt in Archivis collegii probandum erat) teneri. Petierunt igitur a principe vt quidam cum auctoritate venientes magistro sociisque respondendi onus imponerent. Vnde magister Johannes Hinde miles, in seruientium ad legem numerum postea ascriptus; Johannes Hutton armiger; et alii, quibus a principe hoc muneris delegatum fuerat, ex officio agentes¹ magistrum ac socios coram ipsis sisti mandauerunt. Qui quidem libenter comparebant, sufficientes manus mortue (quam vocant) cartas exhibentes. Oppidani igitur tantum sibi bolum e faucibus eruptum esse moleste ferebant; quos fortuna velut coruos delusit hiantes.

History of
the foun-
dation of
this festi-
val by
Urban IV.

Quamuis autem dicte processionis solemnitas abolita tunc fuerat, vt superius ostendimus, tamen ipsum corporis Christi festum magna veneratione per vniuersam Angliam celebrari non desiit. Author huius festi fuit Vrbanus papa quartus circa annum Domini 1264, hoc vt faceret rogatus² ab Eua quadam femina reclusa; idque ostendunt ipsius Urbani litere ad eam scripte, date 6 idus Septembris, pontificatus sui anno tertio. Quod quidem festum instituit feria quinta post festum Trinitatis quotannis celebrandum, cum facibus conopeis et processionibus: eiusdemque festi cultoribus maximas concessit indulgentias. Cuius diei officium Thomas Aquinas Dominicanus ex figuris veteris testamenti consarcinauit.

¹ agente R, B, C.

² rogatus erat B, C.

In vltima huiusmodi processione per magistrum sociosque collegii celebrata, proxime ante dissolutionem eiusdem, inter eundum, priusquam domum reuerterentur, conopeum ignibus conflagrauit, vtrum id fortuito¹ tediferorum incuria an immisso data opera desuper a quopiam igne factum sit, non plene² potuit perquiri.

In the last procession held in Cambridge the canopy caught fire.

Tandem etiam ipsius festi celebrandi mos vi edicti cuiusdam sub rege Edwardo sexto promulgati antiquatus est. Cuius Regis anno 3^o, anno Domini 1549, venerunt Cantabrigiam visitandi gratia Thomas antistes Eliensis; Nicholaus tunc temporis Roffensis episcopus; Gulielmus Pagettus sacri ordinis garterii miles, et familie regie Antigrahus; Thomas Smythe miles, primariorum regis secretariorum alter; clarissimi viri Gulielmus Maye decanus sancti Pauli, et supplicum libellorum regis magister; Thomas Wendye medicus Regius; et Johannes Chekus. Quo tempore 20 die Iunii, die Jouis, eodem ipso die quo festum corporis Christi celebrari solebat, dicti legati a meridie hora prima disputationem preceperunt in communibus scholis philosophicis, in qua he due questiones tractate sunt; *Quod transubstantiatio non potest probari ex apertis verbis scripturæ, neque inde necessario colligi, neque veterum ante mille annos orthodoxorum consensu confirmari. In cæna nulla est alia Christi oblatio, nisi mortis eius commemoratio, et gratiarum actio.*

Celebration abolished by commissioners of Edw. VI. 1549.

Festum hoc igitur sic abrogatum restitutum est a Maria Regina Anglie anno 1555, et solennis ista processio rursus reuocata anno Domini 1556 per legatos a Maria regina visitandi gratia Cantabrigiam destinatos, videlicet Cuthbertum Scott episcopum Cestrensem; Nicolaum Ormanetum Italum, Archipresbiterum Bodoloni Veronensis dioceseos, in vtroque iure professorem; Thomam Watson Lincolnie electum; Johannem Christofersonum electum Cicestrensem; et Henricum Cole Collegii Etonensis prepositum. Qui inter alia sue visitationis

Restored by the delegates of Queen Mary, 1556.

¹ om. R.

² non potuit plane R.

The procession
described.

munia (post prolixam inter se disceptationem) de comburendis magistri Martini Bucerii et magistri Pauli Phagii ossibus congregationem fieri preceperunt die lune, octauo Februarii, ante meridiem hora septima, omnium tam regentium quam non-regentium, et omnium in Academia studentium vnoquoque ordinis sui habitu amicto; edituis cruces capasque gerentibus; pretore vero et Aldermannis rubeas togas celebri pompa ostentantibus. Faces autem manibus ferebant accensas tam doctores domorumque magistri, quam pretor, balliui et Aldermanni. Conopeum vero portabant doctores quatuor: duo videlicet legum professores¹, totidemque medice facultatis; sub quo Eucharistiam ferens ibat (in parua pixide) Cestrensis episcopus, prestantissima collegii Christi capa conspicuus: pixis autem illa bysso contexta subtilissima radiantis auri fulgore circumpositi spectantium oculos verberabat. Hic byssus ab Ormaneto datario in hunc vsum donatus est Academie. Hiis igitur hunc in modum comparatis, procedebant omnes, suum quisque tenentes ordinem, cum capis crucibus et vexillis. Processionis vero cursum² a collegio Trinitatis per collegium Sancti Johannis, ad parochiam rotundam, atque hinc trans vicum *Peticuriam* dictum dirigebant; inde montem fori (Anglice *Market hill* dictum) circuibant; vnde trans macellum per templum sancti Benedicti ad ecclesiam beate Marie (hiis interim vbique vocibus *salve³ festa dies, etc.*, aera certatim rumpentes) tendebant. Quo quum peruentum esset, cantibus curiosis, organisque vna sensui aurium blandientibus, a vicecancellario (subseruientibus ei diacono et hipodiacono) missa decantata est. Denique hoc etiam tempore, inter eundem, ante publicum diuersorium (vocatam *le Faucon*) conopeum rursum conflagrauit, vt antea in festo corporis Christi euenit, qua occasione nescitur.

Finally
abolished
by Queen
Elizabeth.

Et hoc processionis genus iterum in collegium corporis Christi irrepsit, et pro more solito agebatur ab ipso collegio

¹ doctores R.

² cursus R, B, C.

³ salua R.

vsque ad tempus illustrissime principis Elizabethe, Anglie Francie et Hibernie regine, fidei defensatricis¹ &c.; et tunc cessauit.

§ 15.] Sed vt eo reuertamur unde sumus digressi, collegii edificatio finita est et perfecta, ex maxima quidem parte, in diebus Thome predicti primi magistri, partim vero in diebus Richardi Treton secundi magistri quam late patent septum ac muri cum cubiculis ordine quadrato constructis, Aula, coquina, et magistri habitatione, ea forma qua vniuersa hec hodie conspiciuntur.

Building of the college court in the masterships of Thomas Eltisley and Richard Treton, second master.

Excepto quod omnes fulture (quas vulgo *buttresses* vocant) de nouo erecte et edificate sunt sumptibus domine Elizabethe olim Ducisse Norfolcie; que insuper, (mediante Thoma Cosin olim magistro ac tunc temporis ipsius Ducisse Sacellano) bonam pecunie summam viz. ducentas et viginti marcas una cum vasis quibusdam argenteis celatis (qua quidem in re sororem suam dominam Eleonoram, quondam uxorem Thome Butler militis, filii et heredis Radulphi Butler quondam domini de Sudley, ac filiam comitis Salopie et Margarete uxoris dicti comitis, primogenite et vnus heredis Richardi Beucham nuper Comitis Warwici, sociam habuit honestissimi studii adiutricem) in vsum collegii liberaliter erogauit, (ut in archiuis Collegii apparet) precipue ex bonis predictæ Eleonore², cuius testamenti executrix fuit. Quorum bonorum pars exposita est in domorum ac tenementorum eiusdem collegii ruinosorum³ et nutantium sustentationem ac reparationem³; et pars eius summe, ex ordinatione magistri et sociorum, etiam insumpta est in staurum (quod vocant) ouium pascentium in terris collegii apud Landbeche⁴, cuius redditus annuus in magistri sociorumque pro tempore existentium vtilitatem et commodum cedebat, quotannis distribuendus in festo sancti Britii mense Nouembri, quo die

The buttresses built by the Duchess of Norfolk.

¹ defensoris B, C.

² Elionoræ B.

³—³ et sustentationem ac reparationem inuitantium R.

⁴ Landbeach R. Landbech B.

solennis memoria dictarum Elizabethæ et Eleonore habita est: quo etiam die natus est Edwardus rex tertius. Cuius quidem stauri in diebus Gulielmi Sowode rectoris ecclesie de Landbeche¹, et predicti collegii magistri, tantus factus est per tabem communem interitus, vt nihil pene inde supererat; eiusdem vero plenam restaurationem postea factam prudenti consilio Matthei Parker dicte ecclesie rectoris et collegii magistri, ac sociorum scholariumque eiusdem, acceptam referre debet posteritas. Quo factum est, vt magister ac nouem seniores socii singulatim sex solidos et octo denarios, ex commodo inde proueniente, quotannis percipiant.

She founded also a fellowship and a bible-clerkship.

Item dicta domina Elizabetha vnum socium et vnum bibliorum clericum et exequias fundauit: deditque in horum usum et sustentationem in parochia Sancti Benedicti tenementum², et aliud tenementum in parochia Sancti Edwardi.

The 'commonis latrina' built 1457.

§ 16.] Excepto etiam quod constructa est communis latrina lapidea testudineata, cum amplis commodisque cisternis, sub horto illius tenementi collegii quod appellatur *The Christopher* in parochia sancti Botulphi substratis. Que quidem facta sunt anno Domini 1457, vt patet in libro albo collegii, conscripto per Johannem Botwright septimum magistrum eiusdem collegii.

Hall windows lengthened and glazed by William Sowode, thirteenth master (1523—44).

§ 17.] Excepto etiam quod fenestre in aula, nouem pedali altitudine celsiorem solito situm sortite et nouo vitro ornate sunt in diebus Gulielmi Sowode decimi tertii magistri eiusdem collegii. Quo vtique tempore tota aula tabulatis ligneis compaginata est, cum tribus septis (que vulgo *Screenes* vocant) in ipsa postrema aule parte, vt hodie conspiciuntur. Ad³ fenestrarum vero et compaginationis sumptus adiuti sunt liberalitate

Screens made, and panelling put up.

Edwardi Folke, sacre Theologie Bacchalaurei, vicarii de Newarke super Trentam, et olim pensionarii in eodem collegio; cui nucem

¹ Landbeach R.

² A word is here omitted in the MSS.

³ Fenestrarum vero C.

dedit argento impositam ac deauratam que quatuor libris 13 solidis ac quatuor denariis venundata est. Ad quos etiam sumptus sustinendos, et alia quedam devendita sunt per dictum Gulielmum Sowood magistram ac socios collegii; viz: pixis et scuta predicta cum auri argentique celati aliquota portione.

Sale of the silver shields and other plate.

Excepta¹ preterea incrustatione superiore cum calce et pilo supra mensam magistri et sociorum facta in diebus Matthei Parker magistri predicti collegii.

Excepto etiam magno camino in aula predicta constructo sumptibus Johannis Seinctuarie olim socii eiusdem collegii in diebus Thome Cosyn magistri predicti; quum antea fuisset in medio aule quadratus focus cum magno impluvio in altum erecto in eiusdem aule summitate, que in diebus Gulielmi Sowood predicti e medio sublata sunt.

The plastering over the high table done (1544—53). Fire-place made (1487—1515).

§ 18.] Excepto etiam horto posteriore (vt superius) nunc in pomarium converso, et arboribus diligenter consito, opera et industria Andree Pierson² nuper socii collegii predicti. Quo in loco domus quedam aliquando fuerant, que ad hunc vsum destinate sunt, vt fabris lignariis reliquisque operariis inseruirent ad ea apparanda, que ad edificandum vel ornandum collegii tenementa facere videbantur. Eodem³ etiam lapidum, lignorum, etc., custodie deputate sunt.

The back garden made by the removal of a house for storing stone and timber in.

Hoc vero officium et commoditas in alium locum remotiorem translata est, viz: vbi aliquando situm est studiorum hospitium, vulgo vocatum sancti Bernardi, ex magistro et sociis Reginalis collegii acquisitum pro summa centum marcarum, anno Regis Henrici octavi 26, in diebus Gulielmi Sowood magistri etc. In cuius acquisitionis persoluendum precium collegio Regio diuendebantur ille domus et tenementa sita in parochia Sancti Benedicti inter angiportum quod dicitur *Plotts Lane* (angulari domui et tenemento adiacens quod olim fuit Aule S. Katherine, pro quo annuus redditus 13 denariorum

To replace this S. Bernard's Hostel is bought from Queens' with money raised by sale of houses to King's College, 26 Hen. VIII.

¹ excepto MSS.

² person R.

³ eadem B, C.

quotannis collegio persoluitur), et inter aliud angiportum hospitii studiosorum¹ S. Augustini olim appellatum, quod nunc temporis aditum transituris negat: adiacet autem muro et horto collegii regii vbi olim sita fuit parochialis ecclesia S. Johannis de vico molari (anglicè *S. John of Mylne strete churche*) cum diuersis domibus ac tenementis, que ante regis Henrici sexti tempora ad collegium spectabant; eo autem collegium suum edificante in eiusdem noui collegii finium (permutatione habita) propagationem cedebant.

The chapel abutting on the choir of the parish church, and the gallery, etc. built by Thomas Cosyn 1487—1515. The S. window of the said chapel glazed. The W. window.

§ 19.] Excepto etiam sacello parochiali choro proximo, et paruo ambulatorio adiacenti, et sacello cum testudine, et atrio sub eodem; que quidem constructa sunt sumptibus et expensis Thome Cosyn magistri etc: cum tabulatione interioris sacelli, cum pluteis et libris qui nunc ibidem sunt, operibus viz: Chrisostomi, Lyrani, Hugonis Cardinalis, et Plinii. Que omnia sic perfecta pertigerant ad summam centum septuaginta librarum septem solidorum ac trium denariorum.

Excepta quoque fenestre australis predicti sacelli vitro adornatione sumptibus Thome Sampsonis socii collegii.

Excepta etiam fenestra occidentali ibidem vitro adornata per Robertum Beddingfelde pensionarium dicti collegii et domini Edmundi Beddingfelde militis filium.

The windows of the longer gallery glazed by John Sickling. His history.

§ 20.] Excepta etiam fenestrarum omnium in longiusculo ambulacro vitro adornatione, que facta est sumptibus et expensis magistri Johannis Siclinge socii collegii, qui postea fuit primus magister collegii Christi, quod², quum prius ibi fuisset collegium Domus Dei a rege Henrico sexto edificatum, terisque dotatum, ad magistri, qui procurator dicebatur, quatuorque sociorum ac sexaginta scholarium sustentationem, mutatum est et conuersum in collegium Christi per dominam Margaretam Richemondie ac Darbie Comitissam matrem Regis Henrici septimi. Predictus itaque Johannes Sicling vno eodem-

¹ om. R.

² qui R.

que tempore collegii corporis Christi socius fuerat et collegii Christi magister, primumque in collegio predicto corporis Christi Academie procuratorum alter extitit, deinde in collegio Christi constitutus, eandem subiit prouinciam.

§ 21.] Excepto etiam quod parietes loci illius in quo pila Tennis court built (1474—7). palmaria luditur constructi sunt in diebus Gulielmi Smythe octaui magistri collegii etc.; vbi domum pistoream in vsum eiusdem collegii factam iri constitutum fuerat.

§ 22.] Excepto etiam columbario supra domum vbi olim Sale of church plate to build dovehouse (1544—53). lignorum fasciculi recondabantur edificato: cuius quidem columbarii edificandi sumptus sustinebat precium quorundam sacrorum calicum argenteorum anno primo Edwardi sexti (quorum vsus tunc desiit) venditorum, in diebus Matthei Parker magistri collegii, etc.

§ 23.] Excepta etiam omnium in curia arearum lapidibus Court paved, gate roofed, and fitted with an iron grille (1523—44). instratione¹ cum ferrea craticula in anterioris porte vestibulo posita, et incrustatione superiori eiusdem vestibuli facta in diebus Gulielmi Sowode magistri etc.

§ 24.] Excepto etiam muro fundum iuxta coquinam am- Wall in kitchen-yard. Glass and wainscot not in use before reign of Hen. VIII. biente, qui constructus est in diebus Laurentii Maptit . 15 . magistri collegii. Quod attinet ad vitrum et tabulas compaginatatas, quibus vel magistri habitatio, vel sociorum cubicula affabre decorata hodie cernuntur, cum reliqua specie et elegantia quam induerunt, horum certe parum, aut nihil potius factum est vel superius vel inferius (ea fuit maiorum nostrorum frugalitas) priusquam regni administratio ad Henricum . 8 . deuolueretur.

§ 25.] Excepto quod in magistri habitatione Johannes Upper chamber of master's lodge built 1379—89. Wainscotting, flooring, and Kynne tertius magister posuit solarium supra conclaue, et superius cubiculum iuxta tigna calce incrustauit; et Johannes Botwright², septimus magister, conclaue et inferiora cubicula lignis vndulatis contabulari fecit, cum deuratione bullarum

¹ instatione R.

² Botewright R.

glazing of
other
rooms.

eorundem, paruumque museum asseribus circumduxit in cubiculo superiori (asseribus duntaxat pro interstitio¹ inter cubacula collocatis).

Excepto etiam quod anteriorem septi vndulati in conclauis partem magistro Gulielmo Sowode acceptam referre² debet posteritas. Quod quidem septum vndulatum situm parieti conclauis parem habuit ante tempora Matthei Parkeri. Eo autem magistro maius sumpsit incrementum, ita vt in conclauis sese latius porrigeret.

Predictus etiam Mattheus fenestram illi ostio proximam quod in hortum prebet aditum vitro decorauit, itemque fenestras in duobus maiusculis cubiculis ad partem orientalem, vt et fenestram minimi cubiculi in orientali parte eiusdem conclauis positi. Excepto quod solum maioris conclauis asseribus instratum est in diebus Laurentii Maptit magistri.

Master's
gallery
built 1544
—53; pil-
lars added
1557—69.

§ 26.] Supradictus etiam Mattheus propriis sumptibus et expensis ambulacrum superius et inferius edificauit habitationi magistri vicinum, quod vitro et contabulatione decorauit, tegulisque solum inferius instruit (quibus ante hodiernum diem summa manus imposita est) vna cum gradibus lapideis, quibus ad australem partem in hortum descenditur; vtque hec firmiter et stabilius persisterent, postes quidam ambulacro suppositi sunt in diebus Johannis Porye . 16 . magistri collegii.

Garden
walls built
1544—53.

§ 27.] Ad hec predictus Mattheus murum lapideum (cui dicti ambulacri latus occidentale imminet) quoad altitudinem et longitudinem ad finem australem angustiolem reddidit, addita videlicet viginti octo pedum longitudine. Idem etiam nouum murum construxit ad orientalem murum collegii sese reflectentem iuxta Luthborne Lane ad . 84 . pedum longitudinem. Atque hic fundus hodie ad magistri hortum pertinet. Idem preterea porte in vicum dictum Luthborne Lane sese pandentis faciendo author extitit, cum porte³ et aree lapidibus instratione a

¹ om. C.

² referri C. R.

³ ponte R, B, C.

predicta porta in longum ad ostium aule fenestre proximum se porrigentis.

§ 28.] Idem etiam solarium posuit magno magistri superiori cubiculo imminens, cum proximo cubiculo longiusculo ad illud spectanti, vna cum incrustatione eorundem, et laquearium¹ lignis vndulatis contabulatione: nec non fenestre lignee faciende author extitit, nouo vitro imposito, quum antea formam gereret lapidee fenestre, que ad curiam respicit, non absimilem. Parietem etiam perrupit alterius fenestre lignee iuxta caminum (vbi nulla prius fuerat) faciende gratia: quam commode fabricatam vitro etiam lucido decorauit.

Idem fenestris duabus longiusculis in cubiculo longiusculo proximo vitrum indidit, nec non maceriis eiusdem cubiculi summam manum imposuit. Septum etiam vndulatum in ipso grandioris illius cubiculi ingressu construxit: vt et ostium ac fenestram in aulam se pandentia, duasque fenestras minusculas, alteram ad partem graduum infimam curiam versus, alteram ad partem graduum supremam hortum versus: quarum posterior insignibus ornatur vitro depictis domini Edmundi Mortimer quondam comitis Clarensis, collegii de Stoke iuxta Clare in Suffolcia fundatoris. Cuius quidem collegii predictus Mattheus vltimus extitit decanus. Demolitum autem est, ex publico statuto regni, anno regis Edwardi sexti primo.

Idem etiam palos construxit, et viam lapidibus instrauit ante fenestras conclauis predicti, proxime curiam.

§ 29.] Excepto etiam superiore cubiculo rectorie proximo, cui solarium superpositum est, ea forma qua hodie conspiciuntur, cum fenestra in parte occidentali, ac vitri impositione, vna cum maceria inferioris cubiculi, et incrustatione ex calce, que facta est collegii sumptibus, Thoma Aleno, quondam socio eiusdem collegii et postea vicario de Grancester, importunius efflagitante. Quo in cubiculo ante mutationem huiusmodi factam, mansionem habuere Thomas Gotherike tunc temporis ex studiosorum nu-

Changes
in Master's
Lodge,
1544—53.

Upper
chamber
next the
rectory.

¹ laquearis R.

mero, sed nuper Eliensis episcopus, et frater ipsius natu maior Johannes Gotherike armiger, tanquam pensionarii eiusdem collegii. Infimo cubiculo adhuc persistente pro stauro collegii: nisi quod¹ incrustatum est opera Andree Pierson olim socii eiusdem collegii, qui caminum de nouo fecit cum duobus fumalibus.

The room
opposite.

§ 30.] Excepto etiam proximo cubiculo ex aduerso, quod quidem fuit calce oblitum per Thomam Crooke quondam socium collegii, et postea vicarium de Grancester. Fenestris etiam vitrum nouum inditum est per Thomam Bonenfant olim socium; cuius etiam sumptibus cubiculum minusculum proximum incrustatum est superius, ac vitro decoratum; eidemque cubiculo solarium impositum est per Edwardum Leedes² pensionarium collegii, et postea Clarensis aule magistrum. Cuius etiam opera fenestra maiuscula constructa est anno Domini 1558: collegio materiam prebente, pensionario artificium.

The room
below the
last: and
that next
the ante-
chapel.

§ 31.] Excepto etiam quod inferius cubiculum, cui maiusculum illud cubiculum imminet, incrustatione et vitro adornatum est per teutonicum quendam Johannem Marcellum nomine, vicarium de Waterbeche; nec non cubiculum proximum superius, ex aduerso templi vestibulo respondens, incrustatione nouoque solario donatum est, fenestrisque eiusdem vitro et cancellis ornatum a Johanne Cuttinge socio collegii postea rectore de Landbeche, cuius supremum cubiculum eius sumptibus cum nouis fenestris et incrustatione paratum fuit. Infimum etiam cubiculum lignis vndulatis contabulatum et lapidibus tegulatis substratum; cuius autem hec sumptibus effecta sint nondum ad memoriam reuocatum est.

The upper
room next
the chapel.

§ 32.] Excepto etiam quod cubiculum superius sacello proximum sic ornauit magister Brytaine olim pensionarius collegii; nec non inferius cubiculum vitro contignationeque speciosius factum est, addito etiam museo, partim diuersorum

¹ om. B, R.

² Leede C.

pensionariorum diuersis temporibus ibidem commorantium, partim collegii sumptibus, ipsorum rogatu. Solarium tamen collegii duntaxat expensis ornatum est anno Domini . 1562 .; ^{The room at the N.E. corner.} quo et¹ proximum superius cubiculum ad partem collegii borealem ornatus efficitur. Caminus etiam accepto incremento vlterius se extendit, nonnullis etiam fenestris nouum vitrum imponitur; atque hec omnia sumptibus Gulielmi Tolwyn quondam socii collegii et postea ecclesie sancti Antonini² Londini rectoris perfecta sunt. Illius autem, cui hoc imminet, inferioris cubiculi solarium collegii sumptibus incrustatum est.

§ 33.] Ad hec proximum cubiculum superius ad partem ^{The next room on the E. side.} orientalem vergens vna cum supremi cubiculi exornatione decorauit Thomas Cobb quondam socius collegii et postea rector de Landbeche. Infimum vero cubiculum quoad vitrum emendatius redditum per diuersos scholares et contabulatum anno Domini . 1562 .; partim per collegium, partim per Georgium Wythers magistrum artium et pensionarium; Collegio videlicet materie, pensionario vero artificii, sumptus prebente.

§ 34.] Excepto etiam proximo superiori cubiculo, biblio- ^{The two rooms next to and over the library.} thece contiguo, calce incrustato : supremoque cubiculo, bibliothecae imminente, incrustato per Johannem Seintuarye socium et tunc presidentem etc.

§ 35.] Excepta etiam fenestrarum emendatione et vestium repositorii constructione per Johannem Porye socium et postea magistrum collegii, cuius etiam expensis fenestra parua constructa est in vestibulum prospiciens quod in dictum angiportum de Luthborne Lane se pandit. Cubiculo autem infimo ibidem solum tabulatum instratum est a magistro Polgraue pensionario, eiusdemque sumptibus fenestrarum (quoad vitrum) emendatio et vestium repositorii compositio ascribuntur. Atque hoc infimum cubiculum modo tribus scholaribus deputatum est ex fundatione Matthei Archiepiscopi Cantuariensis,

¹ quodque R, B, C.

² Antonii R.

id quod magistri sociorumque eiusdem collegii communi sigillo confirmatum est. Quo¹ in cubiculo quedam sunt lecticalia et aliquid preterea supellectilis, cum libris quibusdam. Que² omnia predictus Archiepiscopus sumptibus suis ibidem perpetuo remansura statuit.

The old
library
and room
under it.

§ 36.] Excepta etiam contabulatione veteris bibliothecae, magistri habitationi contiguae, lignis vndulatis facta per Johannem Botwright³ collegii magistrum (vt supra). Cubiculum vero infimum subter Bibliothecam incrustatum superius est per Mattheum Parker tunc scholarem et biblicorum clericum domus eiusdem.

The room
over the
buttery,
1554.

§ 37.] Adde quod cubiculum supra promptuarium ac panarium solarium gaudet, et incrustatione sumptibus collegii facta anno Domini 1554, vna cum fenestre que curie proxima est eleuatione, que vitro etiam exornata est.

New
library.

§ 38.] Huc accedit novum solarium lignis et asseribus compactum et superius per tigna incrustatum coquina imminens, in quo constructe sunt commode fenestre, sumptum

Windows.

decem librarum prebente Johanne Porye, etc. Qui quidem locus collegii expensis in Bibliothecam conuersus est et aptatus in diebus eiusdem Johannis Porye magistri. Ad partem cuius australem tria stalla facta sunt, in quibus veteres veteris Bibliothecae libri collocantur, quos collegio dono dedit eiusdem olim magister doctor Petrus Nobes. Ad partem vero aquilonarem tria noua stalla conspiciuntur libris instructa, cistisque ad veteres manuscriptos codices asseruandos quos collegii nuper magister Mattheus Cantuariensis Archiepiscopus eidem dederat, vt patet per scripta indentata inter magistrum sociosque huius collegii et magistrum ac socios collegii Gunwelli et Caii et inter magistrum et socios Aule Sancte Trinitatis facta. Nec non ad eandem partem fenestre vitro decorate sunt sumptibus et expensis Matthei Cantuariensis predicti.

Book-
cases.

¹ quod R, B.

² hæc R.

³ bote Wrighte R.

§ 39.] Superius illud cubiculum et noue bibliotece et communi latrine proximum calce incrustatum fuit per Edmundum Fam socium cum fenestra ad summitatem graduum de integro¹ facta etc. Infimum etiam cubiculum calce oblitum per magistrum Mylgat olim pensionarium; vitrum etiam et cancelli fenestris impositi² per Johannem Bungey³ scholarem et postea socium etc.

The upper and lower room next the new library.

§ 40.] Preterea cubiculum superius illi predicto cubiculo proximum ad partem borealem inter iuncturas calce obductum est per Gulielmum Sowode tunc temporis socium, fenestris vna vitro adornatis, et supremo cubiculo calce etiam per tigna oblito, eiusdem sumptibus. Infimum etiam cubiculum lignis vndulatis contabulatum est, per quem nescitur. Eidem vero solarium inferius substratum est per Henricum Parker olim socium. Caminum etiam ac fenestras suis sumptibus emendatiores fecit Mattheus Parker tunc temporis socius.

The room next it on the north.

§ 41.] Ad hec fenestra, ad graduum summitatem posita, per Johannem Porye eo tempore socium facta est; proximum-que superius cubiculum incrustatum est per Robertum Cooper tunc temporis socium; fenestra vero occidentem versus de integro facta est, vitroque decorata per Johannem Porye eo tempore socium. Supremum vero cubiculum sic ornatum est, vt et fenestra maiuscula eiusdem, per Edmundum Allen, postea sacellatum Domine Elizabethhe Regine etc. et in episcopum Roffensem electum, (sed post longam profectionem, ex partibus marinis, quem legatum suum constituit regina Elizabetha predicta, morte sublatu est.) In hoc cubiculo posita est cista communis que olim dicebatur cista magistri Bilingforde, quondam in veteri Bibliotheca collocata.

The room next to the last.

Infimum autem cubiculum vitro adornatum per diuersos scholares: cui solarium etiam inferius positum est collegii sumptibus et expensis anno Domini . 1554 . , simulque calce

¹ om. R.

² imposit' B, C. imposita R.

³ Bungay R.

incrustatum est, collegio materie, scholaribus artificii sumptum sustentantibus.

Manor of
Barton.

§ 42.] Memorandum, quod Thomas de Eltisley, partim ex suis ipsius sumptibus, partim vero ex ope fratrum eiusdem Gilde, manerium de Barton ab Henrico duce Lancastrie acquisiuit: itemque cartam de manu mortua pro eodem, anno regis Edwardi tertii tricesimo sexto (vt ex eius carta apparet) obtinuit. Quo quidem anno predictus dux Henricus in humanis agere desiit; quo factum est ut collegium de predicto manerio infeodatum statim non sit, quamuis id prestiterit non ita multo post eiusdem Henrici principalis executor, viz. magister Johannes Charnell¹ presbiter, quondam magister de Garderoba maiori Edwardi Regis, et constabularius Burdegalie. Qui quidem Johannes, vt ex registro domini Simonis de Langham olim Cantuariensis Archiepiscopi in certificatione dioceseos Couentrensis et Lichefeldensis [patet], annuatim expendit in domo sua quingentas libras etc. Atque huius manerii redditus annuus septem librarum ac 13 solidorum summam non excesserat, vna cum redditu quinquaginta solidorum exeunte de manerio de Greton. Qui quidem 50 solidi collegio per multos annos denegati fuerant, donec predicto Mattheo Archiepiscopo Cantuariensi, ac domino Nicholao Bacono militi (quondam studenti eiusdem collegii) custodis² magni Sigilli Anglie vices delate sunt. Atque hi studio diligentiaque sua rem eo perduxerunt vt Franciscus Hynde armiger, qui manerium de Greton possidebat, debitum quinquaginta solidorum redditum collegio reddere coactus sit, adeoque redditum pro annis elapsis qui persoluendus fuerat partim persoluerit. Quod supererat ei condonatum est.

Vicarage
house at
Granchester.

§ 43.] Predictus etiam Thomas de Eltisley dedit habitationem vicarii apud Grancester cum duabus acris terre vna roda ac dimidia ibidem sitis.

Aduocatio autem rectorie de Grancester et appropriatio

¹ Channell L.

² custodi R, B, C.

eiusdem vna cum manerio de Barton acquisita fuerunt sumptibus Aldermanni et fratrum eiusdem Gilde, partim ex duce Henrico, partim ex Johanne de Grancester, pro summa in toto quingentarum marcarum, vt ex quibusdam scriptis collegii patet, anno viz. tricesimo sexto regis Edwardi tertii, in diebus Thome [de] Eltisley magistri etc. Anno uero tricesimo nono eiusdem regis Edwardi impetrata est facultas hanc rectoriam predicto collegio appropriandi. Tempus autem adimpletionis¹ huius rei dilatum est super resignatione Richardi Tittelsall, vltimi rectoris ibidem, anno Domini . 1379 ., in tempore viz. Richardi Treaton secundi magistri collegii.

Rectory
appropri-
ated 39
Edw. III.

§ 44.] Ad predictum vero manerium de Barton accessio facta est ex acquisitione Thome Cosyn magistri etc. qui terras emit cuiusdam Thome Ayer, quadraginta quinque acrarum arabilium; comparauitque quindecim seliones et tres rodas ex terris cuiusdam Johannis Fane, et quinque seliones terre continentis duas acras cum uno tenemento, olim cuiusdam Richardi Birde. Que terre omnes nunc temporis sub nomine Domini Bartonsensis coniuncte sunt et occupate.

Additions
to estate
at Barton.

§ 45.] Simili ratione accessio ad collegium facta est quarundam terrarum et tenementorum in Cantabrigia et Grancestria; terrarum quidem ad summam centum sexaginta et quinque acrarum, et quinque etiam acrarum pratensium, tenementorum vero et messuagiorum intra dicta oppida numero octo, vt ostendunt litere patentes regis Edwardi tertii date anno quadagesimo septimo regni sui; in quibus potestatem fecit Johanni regi Castellie et Legionis, Duci Lancastrie, et Gulielmo Horwoode, Thome [de] Eltisley seniori, ac Roberto [de] Eltisley clerico, easdem terras assignandi magistro sociisque domus siue collegii corporis Christi Cantabrigie, et eorum successoribus, vna cum aliis quibusdam messuagiis domibus et tuguriis per diuersos fratres ac sorores predictae Gilde donandis; virisque

Acquisi-
tion of
land in
Cambridge
and Grant-
chester, 47
Edw. III.

License in
mortmain
obtained

¹ om. R.

by the
favor of
John,
Duke of
Lancaster.

supra memoratis seu fideicommissariis licentia concessa est eandem imperpetuum stabiliendi; simulque adiectum est, ut magister sociique predicti plenam potestatem haberent in dicta messuagia terras ac tenementa intrandi, eademque ad vberiore sustentationis sue accessionem possidendi. In eisdem etiam literis patentibus demonstratur magistrum ac socios dicti collegii diuersas alias terras ac tenementa, licentia manus mortue a rege¹ non impetrata, accepisse ac possedissee, eaque de causa penitus eadem perdidisse; vt latius patet per inquisitionem eschaetoris regii nomine Johannis Repinghale in cancellaria certificatam; intercedente vero humili petitione dictorum fideicommissariorum regem delicto gratiam fecisse, omnesque terras ac tenementa de integro eis dedisse et ratificasse quecumque vsque ad id temporis possedissent atque obtinuissent. Johannes iste supradictus, Regis Edwardi tertii filius, Johannes de Gandauo nuncupatus, eo quod a Philippa Regina Gandaui natus esset, verus et immediatus heres ducatus Lancastrie post mortem ducis Henrici declaratus est ratione tituli quem Blanchia dicti Henrici filia et heres, cuius ille coniugio fuerat potitus, vendicauerat. Huius igitur Johannis amica ope, tum propter auctoritatem qua precellebat, tum propter fiduciam quam in eo repositam habebant, vsi sunt Aldermannus et fratres predicti ad huiusmodi possessiones in manu mortua stabiliendas, quas collegio procurare potuissent.

Error in
Stow's
Annals
corrected.

Siquidem hoc in more positum erat et consuetudine vt singule corporationes siue societates illustri quopiam viro et apud principem gratioso in omnibus causis ad foundationes suas pertinentibus aduocato et mediatore vterentur; et huius rei gratia nobiles huiusmodi viros precipuos fundatores suos nonnunquam nominare et in chartis suis eos hoc titulo honestare non detrec-

¹ 'non' is inserted in all the MSS. after 'rege,' and 'sine' before 'licentia.' In C 'sine' is omitted in the text, but inserted in the margin in a different hand.

tabant, quamvis alioqui reuera neque possessiones vllas vel terras ab ipsis accepissent. Qua leui coniectura seductus quidam¹ Johannes Stow in epitome annalium suorum edito anno 1566 inconsiderate scribit hunc Joannem de Gandauo fundauisse collegium hoc corporis Christi circa annum .1357. , vbi² ante hec tempora certissime per alios erectum et stabilitum fuerat.

§ 46.] Predictus etiam Thomas de Eltisley ecclesiarum Sancti Michaelis de Longa Stanton et de Grantset tunc temporis rector, acquisiuit ex dono et feoffamento Johannis Auenell militis, et Thome Chamberlayne alias Camerarii de Landbeche militis, ius suum quod habuerunt in Landbeche cum aduocatione ecclesie ibidem, anno 33^o regis Edwardi 3. Qui quidem Thomas de Eltisley per cartam suam sigillo magisterii sui corroboratam ea confirmauit magistro Roberto de Eltisley rectori de Lolworthe in diocesi Eliensi clerico, et domino Johanni Rayson quondam socio collegii predicti, sed tunc temporis rectori ecclesie Sancti Benedicti Cantabrigie, heredibus et assignatis suis, in commodum tamen collegii predicti. Et quamuis solute sint per magistrum et socios collegii pro mortificatione manerii ibidem (quod antea sine manu mortua tenuerunt) domino regi quinquaginta marce, tamen nec plena solutio contigit, nec status in vsum collegii factus est per feoffatores priusquam dictus Thomas vita functus esset, qui et maligne sane factus est. Nam post mortem ipsius primi magistri multa incommoda et damna collegio obuenerunt, propterea quod Robertus de Eltisley clericus frater dicti Thome et vnus executorum eius (quem in vita sua precipuum fideicommissarium, quem feoffatorem vocant), fere in omnibus cartis suis constituit in vsum collegii multam pecunie summam cum vasis argenteis et aliis multis ingentibus donis a pluribus benefactoribus collegio datis et legatis, vt propria bona ipsius Thome, sibi vendicabat, sicut ex

Acquisition of the manor and advowson of Landbeche, 1359—60.

¹ quidem R.

² vbi tum ante R, B. vbi ante C.

Statute
respecting
the Mas-
ter.

scriptis quibusdam in collegio remanentibus constat. Unde predictus Robertus multum negotii et turbarum procuravit collegio; nec hoc malum conquiescere potuit ex negligenti custodia magistrorum (qui ex pretenso quodam publico sigillo suo hanc auctoritatem priuatim¹ apud se seruandi² bona collegii arrogabant) vsque ad Richardum Billingforde sacre theologie professorem et quintum magistrum collegii. Que predicta incommoda causam illi dederunt constituendi ea statuta imposterum a magistro seruanda que in fine statutorum collegii inseruntur. Sed vt redeam ad historiam. Sciendum est quod hic Thomas Chamberlaine heres fuit Henrici Chamberlaine militis. Henricus autem heres fuit Walteri Chamberlaine militis, qui vocabatur vulgo Camerarius. Cui Waltero Helena de Beche, quondam vxor Galfridi de Beer, ius suum in Landbeche concessit et carta sua confirmauit.

Donation
of 100
marks by
Richard
Treton.

§ 47.] Preterea Richardus Treton secundus magister dedit centum marcas de bonis domini Roberti Thorpe militis.

§ 48.] Porro Richardus Billingforde quintus magister cistam in collegio fundauit, in qua viginti librarum summa reponebatur. Hec autem cista quondam in veteri bibliotheca collocata est in eum vsum, vt magistro sociisque subsidio esset: quorum cuilibet illorum liceret (dato sufficienti pignore) quadraginta solidos inde mutuo sumere. Atque hec tam pia tamque vtilis consuetudo paulatim fere in desuetudinem et oblivionem abiit; demum vero restituta est predicta ordinatio ac redintegrata in diebus Matthei Parker magistri collegii et sociorum eiusdem anno Domini . 1544 ., anno videlicet regni regis Henrici tricesimo sexto, decima quinta die decembris, vt ex libro illo qui liber doctoris Nobys appellatur satis liquido indicatur. Hic etiam

Richard
Billingford
fifth mas-

Richardus Billingforde cum magistro Boncer fundauit cistam communem in scholis publicis, cuius status se extendit ad sum-

¹ privatam L.

² seruanda B, C, R. servandi e conj.

mam et valorem 255 librarum 10 solidorum 6 denariorum, vt in compoto ejusdem ciste anno 1548 plenius liquet.

§ 49.] Ad hec Johannes Tittelsall sextus magister et Thomas Bodney rector de Landbeche, vltra illud ipsum¹ manerium de Landbeche, tria tenementa cum 31 acris terre arabilis et octo acris prati² collegio compararunt. Mola autem illa que vento circumagitur, que in colle prope oppidum de Landbeche sita est, de integro erecta est in diebus Matthei Parker magistri, sumptibus quidem tenentis firmarii, accedente tamen ope pecuniaria a Collegio ad tempus mutuo accepta.

§ 50.] Sciendum etiam est quod Johannes Botwright³ quondam alter procuratorum Academie (cuius collega erat magister Johannes Wolpit) et postea sacre theologie professor, tandemque septimus magister Collegii, manerium quoddam in oppido de Ouir cum redditibus ac terris collegio acquisiuit, pro quibus soluit 48 libras, vt scriptum ipsius ostendit; cui adiunxit manerium in Chateres ad sustentationem vnius socii. Hic Johannes natus in Sopham market ex Norfolcia, ubi vltimus rector fuit; et ibi sepultus; post cuius mortem illa rectoria erat appropriata Abbatiae Westmonasteriensi.

§ 51.] Adde quod Richardus Brocher bacchalaureus Theologie, sociusque collegii et rector de Landbeche, terras et tenementa collegio dedit in Cantabrigia et Bartona sitas ad annuam summam quadraginta solidorum, vnde bibliorum clericus aleretur.

§ 52.] Gualterus vero Smythe octauus magister sua ipsius acquisitione tenementum vnum (ff)⁴ in Benedictina parochia collegio mortizauit, vt et quasdam terras in campis vocatis *the Lees* in orientali parte Cantabrigie sitas. Octo etiam acre cum tribus rodīs terre collegii possessionibus adiecte sunt ex ac-

ter founds
a chest,
for loans
to the
fellows.
Purchase
of land in
Land-
beach and
Over.

Manor of
Over.

Lands
in Cam-
bridge and
Barton.

Houses
and land
in Cam-
bridge.

¹ om. R.

² pascue C.

³ BoteWright R.

⁴ These references evidently refer to a map or plan. I have retained them in the hope that it may one day be discovered.

quisitione Simonis Greene noni magistri Collegii; vnde vna acra cum roda in occidentali agro (vocato *Carmefeilde*), tres acre in loco dicto *the Lees*, et tenementum vnum in parochia Sancti Benedicti (*G G*) atque aliud in parochia parue S. Marie (que dicitur) *A*.

Houses in
S. Ed-
ward's
parish.
"The
Cardinal's
Cap" in S.
Botulph's,
acquired
1487—

§ 53.] Ad hec Thomas Cosyn decimus magister duo tene-
menta in parochia S. Edwardi¹ collegio acquisiuit (*L G*).
Diuersorium etiam illud quod Cardinalitio galero pro insignibus
vtitur in parochia sancti Botulphi situm, cum tota domorum
serie ibidem, postquam igne periissent, de integro reedificauit
(viz. *G H J K L*). Predictum vero diuersorium nunc per in-
denturam Johanni Fanne dimissum est. Idem etiam Thomas
Cosyn terras dedit in Bartona sitas ad magistri sociorumque ves-
tes annuas, quas liberaturas vocant. Dedit etiam quadraginta
libras presentis pecunie in edium ruinosarum restaurationem
et reparationem. Dedit etiam salinum vnum cum operculo
deaurato et alia vasa celata ad summam viginti quatuor li-
brarum sex solidorum et octo denariorum vt et libros quosdam
impressos, qui in bibliotheca asseruantur, preter alia ipsius dona
quorum superius facta est mentio.

MSS given
to the
Library by
T. Mark-
ante.

§ 54.] Adhec Thomas Markante² theologie bacchalaureus
et quondam predicti collegii socius diuersos manuscriptos
codices collegio dedit, qui olim in bibliotheca fuerant, at³ nunc
perierunt.

§ 55.] Quid quod Johannes Seinctuarie et Jacobus Curston
socii quoddam tenementum acquisiuerunt in parochia Bene-
dictina (*G*) dederuntque sex libras 13 solidos et 4 denarios ad
incrementum communarum trium clericorum biblie, et ad
reparationem ruinarum domus eiusdem⁴. Fundauerunt etiam
exequias in eodem collegio annuatim celebrandas.

¹ Edouardi R.

² Markecante R.

³ ac B, C.

⁴ In C instead of this passage 'incrementum—eiusdem,' we read 'funda-
tionem vnus biblicorum clerici, et ad sustentationem ruinarum domus eius-
dem.' In B the reading of the text has been written over some different
reading.

§ 56.] Memorandum quod Petrus Nobys doctor theologie¹ magister duodecimus, vir sane doctus grauis et venerabilis, dedit collegio viginti marcas pecunie pro exequiis annuis, vt eius ordinatio in ipsius libro testatur. Quo quidem in libro multa scitu dignissima memorie prodidit ad statum collegii pertinentia, atque in eodem libro summam etiam² conscripsit omnium in collegio cartarum que relictæ sunt post irruptionem oppidanorum in collegium, cum precipuis euidentiis eiusdem, quas omnes in diuersas pixides distribuit numeris literisque conuenienter signatas. Singulatim etiam singula dona diuersarum terrarum per singulos benefactores collegio donatarum in eodem libro expressit.

Dr Nobys
catalogues
the muni-
ments
(1516—
1523).

§ 57.] Nec silendum est³ quod Thomas Banaster clericus Matilde Banaster filius, manerium domini Baldewini de sancto Georgio (manerium sancti Andree appellatum) quod situm est in Chateresse, collegio mortizauit in diebus regis Henrici quarti.

Thomas
Banaster
gives a
manor in
Chatteris
to the
college.

§ 58.] Hoc loco adiciendum est quod quum Laurentius Maptit sacre theologie baccalaureus, decimus quintus magister collegii, aliquid vasi celati collegio donare statuisset, atque hinc, paulo postquam in magistrum esset electus, vnam peluim et gutturnium ex argentea materia pro eodem collegio fieri fecisset, et quum hec in collegii possessionem nunquam in vita tradidisset, Johannes Maptit eiusdem Laurentii nepos testamenti ipsius executionem sortitus, eadem se collegio relicturum pernegauit, hoc pretextu, quasi ipsa inter alia vasa celata ex bonis eiusdem Laurentii propriis reperisset; nec vnquam de auunculi, (quoad istam⁴ donationem) proposito quicquam auribus accepisset. Unde a magistro ac sociis predicti collegii de eisdem recuperandis desperatum est. Qua in difficultate Mattheus Parker, qui immediate ante dictum Laurentium eiusdem magisterii munere

Laurence
Maptit
(master
1553—57)
bequeaths
a silver
dish and
ewer to the
college.

¹ theologus B, C.

² The various readings of this passage are given in the notes.

³ For 'Nec—est,' C reads 'Nec silentio pretereundum est.' See the notes.

⁴ om. C.

fungebatur, prefato executori sepenumero grauiter instabat. Postea vero quum ad Archiepiscopi¹ Cantuariensis vices deuocatus esset, executorem predictum rationem exequutionis sue dictare coegit; quum paulo ante testamentum dicti Laurentii in curia prerogatiua probasset: atque hac ratione peluim et gutturnium supradictum impetrauit; ac inde exoneratus fuit in compoto suo ad faciliorem impetrationem sui *Quietus est*. Quam quidem peluim et gutturnium eo quod² statui domus predicti Matthei Archiepiscopi potius conueniebant quam Collegio, transegit ille cum magistro sociisque pro eadem pelui et gutturnio, pro quibus summam decem et octo librarum collegio persoluit, vt per syngrapham scriptam propria manu Johannis Porye doctoris theologie³ et magistri dicti collegii, predictae summe receptum confitentem, vna cum altera quadam syngrapha quinque librarum receptionem propter vnum salinum deauratum cum operculo testante (quod quidem salinum a dicto collegio alienatum aliquando fuerat, et deinceps recuperatum industria eiusdem Matthei collegioque restitutum) accedente etiam ipsius Johannis subscriptione, cuius manifestum esse poterit. Hic etiam Laurentius annuam quandam sui ipsius commemorationem in hoc collegio instituit, vt ex testamento suo latius patet.

Benefac-
tions of
K. Hen. VI.

§ 59.] Norit etiam posteritas quod illustrissimus rex Henricus eius nominis sextus, dum Regii collegii a se constructi fines propagare studebat, permutatione habita, tenementum in parochia S. Marie collegio dedit (*E*): atque etiam redditus quadraginta denariorum Regio collegio debitorum exeuntium de hospitio S. Marie reddendi onere collegium leuauit; deditque collegio idem Rex portionem fundi nunc in horto eiusdem hospitii positam, ac domum in parochiis sanctorum Petri et Egidii (*D*) et 4 casas in Newneham, verum vbi ille site fuerint nunc ignoratur.

¹ Postea vero quam archiepiscopi R.

² eoque R.

³ theologi R, B.

§ 60.] Huc accedit quod Margareta Barbor vidua dedit collegio in tenementis et terris in agro Cantabrigiensi ad summam triginta trium solidorum et quatuor denariorum, ad magistri sociorumque annuas liberaturas.

Benefactions of Margaret Barbor,

Denique Henricus Kale, quondam socius, dedit collegio vnam partem tenementi (quod *unicornis* appellationem sortitum est) in parochia Sancte Marie (*H H*) siti, diuersorio Leonis nomen habenti ex orientali parte contigui; et Ricardus Dauid quondam rector S. Benedicti quotannis inter magistrum et socios in commemoratione sua voluit summam 6s. 8d. distribui.

Henry Kale, and Richard David.

Postremo Galfridus Seman et Goda Refam dederunt collegio diuersas terras in agris Cantabrigie et Grantecestrie ad summam nonaginta quinque acrarum additis tribus rodibus et dimidia.

§ 61.] Preterea quum quidam Robertus Brigham, olim frater Gilde predictae, ex vltime voluntatis sue contestatione quatuor parua tenementa in parochia S. Botulphi in Cantabrigia sita collegio dederit: quibus quidem in tenementis magister et socii collegii quibusdam ex eleemosina viuentibus habitandi ius concesserunt; atque hec quidem ordinatio per multos annos robur suum retinuit, donec magister ac socii collegii Reginalis a magistro sociisque predicti collegii corporis Christi magnis precibus contenderent vt eadem tenementa ad terminum quorundam annorum ipsis dimitterent: vt igitur tenementa predicta pauperibus vsui perpetuo essent¹, magister ac socii predicti collegii corporis Christi, quatuordecim duntaxat denariis vice redditus annui contenti, quicquid ex maioris redditus ratione ad annuam summam predictam addi potuisset in eleemosinam predictis pauperibus cedere volebant. Cui quidem magistro sociisque collegii Reginalis tenementa predicta de integro ad alios annos aliquot dimissa sunt pro redditu predicto in diebus Matthei Parker magistri dicti collegii, vt vberior sustentationis

Houses given by Robert Brigham.

¹ forent, R. .

fructus ad predictos pauperes accederet, quo modo et in temporibus retro elapsis eisdem consultum fuerat.

Repair of
roof of E.
side (1516
—23): of
N. (1544—
53): of W.
and S.
(1557—
69).

§ 62.] Hic quoque aduertendum est quod tecta lateritia cubiculorum Collegii ex parte orientali reparata fuerunt eo tempore quo D. Petrus Nobys magistri officium gerebat. Tecta autem partis borealis resarcita erant tempore Matthei Parker magistri etc. Tecta vero occidentalia cum aula et ceteris domibus in longitudine se extendentibus reuisa sunt quo tempore Johannes Porye magistri locum tenebat. Hic predictus Mattheus¹ honesto zelo motus erga honorem collegii, quoniam insignia antiqua eiusdem domus aliquibus suo tempore aliqua ex parte scandalo esse persensit, a publico regni officario, quem patrem patratum siue heraldum vocant, propriis sumptibus et expensis impetrauit vt nouam insignium formam eidem collegio concederet; inestimabilem Christi seruatoris in electos suos amorem, preciosissimi sui sanguinis (ecclesie sue gratia) effusione declaratum, exprimentem pellicanum, videlicet suo ipsius sanguine stupendo quodam nutriendi ardore pullos suos pascentem. Antiqua vero nihilominus insignia collegii quadripartita, beate virginis Marie matris Christi perpetuam virginitatem² sub alborum forma et figura liliorum denotantia, etiamdum retenta sunt: hoc nimirum consilio, vt stylus et corporatio quibus dictum collegium primo erectum atque stabilitum est perpetuo conseruarentur in memoria.

New coat
of arms
for the
college.

William
Kent, fel-
low, gives
"The
Katherine
Wheel"
to the
college.

§ 63.] Porro Gulielmus Kent olim socius tenementum illud (G) quod a rota S. Katherine nomen habet (anglice *the Katherine Wheele*) in parue sancte Marie parochia collegio dedit, pro cuius annuo reddito triginta tres solidi et quatuor denarii ad magistri sociorumque liberaturas annuas collegio numerantur.

Master-
ship of
Matthew

§ 64.] Iam memorandum est quod cum illustrissimus princeps Henricus Rex octauus per literas suas commendatitias

¹ Qui quidem Joannes R. This mistake has been corrected in B, C.

² after 'virginitatem' B and R add 'ex parte'.

sodalitio Collegii corporis Christi scriptas, predictum Mattheum Parker in prefecturam collegii dignum duxerit eligendum, quam optio- (1544—53). He nem ipse Rex sine mora sane obtinuit, ipso primo anno quo arranges the college magisterii domus vices ad eum delate sunt, facile vidit ille accounts. quanta collegii rationes iam olim inuasisset confusio, quippe quas et ordine implicitas esse perspicere erat et declaratione obscuras. Quo factum est vt societas vniuersa collegii statum pre rerum imperitia satis cognitum perspectumque habere non posset. Huc accessit quod particularia recepta et expense in illius duntaxat libris essent scripto comprehense, qui rationibus reddendis erat obnoxius. Vnde quum huiusmodi quempiam aut collegii dispensatorem vel fatum e vita subtraxisset, vel fortuna alio transtulisset, sepenumero res illa domui damnosa processit, quum non esset vnde quisquam ex vigore iuris vel redditus pro tempore iam retro elapso vel alia alioqui debita tenentes postularet. Predictus igitur Mattheus malis hisce collegii languentis medicari studens, rationem inuenit collegio salutarem, qua rationes domus plene ac perfecte redderentur; vt hodie videre est in forma quam ipse manu propria primo scripsit cum ingrossura (quam vocant) eiusdem in pergameno quotannis facienda; ita vt, collatis invicem rentalibus, particularia recepta et particulares expense cum arreragiis totius anni luce ipsa clarius oculis se objiciant. Idem etiam vniuersa¹ rentalia collegii propria manu scripto mandauit, naturamque reddituum firmarum² expressit, ac³ tempus etiam sue cuiusque solutionis, que omnia literis alphebeti signauit appositis. Vnde quamvis nomina tenentium posthac alia atque alia certo futura sunt, domus tamen et tenementa suum quemque locum tenere non desinent⁴, atque hac ratione facilius patefiet vel quid accessionis ad redditus et firmas collegii accreuerit, vel quid inde detractum fuerit. Recuperauit etiam diuersos

¹ vniversalia B, C.² ac firmarum R.³ ad B, R.⁴ desinet B. 'tenementum suum quodque locum tenere non desinet,' C.

redditus ante denegatos in Cantabrigia, in Landbeche, in Ouir, et Histon. Nec non ipse terrarium (quod vocant) omnium terrarum in Landbeche sua ipsius manu olim scripsit, adeoque vniuersas illius manerii terras, in diuersas tabulas singulatim distribuendo, descripsit.

He causes
this His-
tory to be
written:
gives new
statutes to
the col-
lege, etc.

§ 65.] Preterea commentarium hoc conscribi curauit et ex diuersis collegii scriptis ac monumentis compingi. Libro etiam statutorum, fere ex veteribus collegii statutis conflato, formam hanc induit quam modo pre se fert, vsus in hac re consilio Gulielmi Maye, legum doctoris, vnius tunc temporis ex eorum numero, quos Edwardus sextus Cantabrigiam visitandi gratia destinauit, collegis pariter eiusdem Gulielmi pro maiore parte auctoritatem suam et subscriptionem interponentibus. Quid quod ipse nigri codicis collegii (sic enim appellatur) colligendi author aliquando extitit, in quo eiusmodi¹ conscribenda curauit, que ad predictum collegium spectarent, tam statuta viz. collegii quam Academie, cum aliis memoratu dignis, tum in eisdem, tum in diuersis aliis, collegii libris comprehensis².

Sciendum autem est quod eo tempore quo nominatissime memorie Rex Henricus octauus eidem Mattheo tunc Academie vicecancellario vna cum Johanne Redmano doctore theologo et Gulielmo Maye legum doctore provinciam hanc imposuit, vt tam Academie totius quam singulorum in ea collegiorum statum conditionemque et vigilanter perlustrarent, et accurate conscriberent: eo inquam tempore predictus Mattheus formam totius status reddituum huius collegii et ordinis eiusdem scripto breuiter mandari fecit, vt inter alios libellos aliorum collegiorum secundum eam formam de statu collegiorum apparet.

The rec-
tory of
Grantches-
ter secured
to the
college.

§ 66.] Adhec quum predictus Mattheus, tempore magisterii sui, dolo firmarii rectorie de Grantecester fraudem collegio fieri olfaceret, cuius versutia factum erat vt redditus annui viginti sex solidorum et octo denariorum (pro portione monas-

¹ huiusmodi R.

² comprehensa B, C.

terii de S. Neoto ratione dissolutionis eiusdem monasterii¹ principi persoluenda) reddendi onus diuersis annis collegio incumberet, quum reuera predictus redditus ab eodem ipso firmario potius persolui deberet, vtpote qui (preter Rectoriam de Grantecester a magistro sociisque collegii eidem dimissam) totis eiusdem portionis decimis frueretur; ipse inquam dictus magister ipsum annui redditus onus a collegii ceruicibus remouens, in eiusdem firmarii (vt par erat) humeros transtulit, unde, quoad hoc grauamen, summa collegio securitas obuenit ad illud vsque tempus quo domina Elizabetha dignitate Regia potita est. Tum vero predictus Mattheus secum animo reputans, qua arte fieri posset vt certior collegio obueniret indemnitas quoad dictam portionem (que quidem plus quam dimidiam partem decimarum totius oppidi de Grantecester excesserat²) vnde si eius rei certitudo ad extranei cuiuspiam hominis notitiam peruenisset, atque is eandem portionem a principe acquisiuisset³, de firma collegii in eadem rectoria prope-modum actum esset: idem Mattheus ea de re sollicitus, ope et consilio suo collegio tunc temporis adiutorem se prebuit, ad eiusdem portionis acquisitionem (ita vt in collegii possessione perpetuo⁴ esset) obtinendam. Vnde nunc non solum annuatim cedit, et conuertitur ad vsum collegii predicta summa viginti sex solidorum et octo denariorum a firmario persoluenda, et quicquid inde accrescere potest, quum antea collegium per errorem (vt supra dictum est) eodem annuo redditu grauaretur, verum etiam integra firma rectorie de Grantecester ita collegio confirmata est, vt valoris esset non minoris, ast⁵ potius maioris (si commode preuideatur) quam vnquam antea fuerat. Cuius quidem portionis acquisitio vna cum acquisitione annue pensionis vndecim solidorum ac sex denariorum principi persol- Pension out of Hatfield Broad Oak.
uenda ex nuper dissoluta prioria de Hatfeilde Brodehocke

¹ om. R.² excederat R, B, C.³ acquisiuit R, B.⁴ possessionem perpetuum B. perpetuum C.⁵ vel B, C.

Three
houses in
West-
minster.

exeunte pertigerat ad summam 51 librarum quatuordecim solidorum ac duorum denariorum vt aperte docent litere patentes eiusdem Regine Elizabethæ date decimo septimo die Aprilis, anno regni sui quarto. Atque in eisdem literis patentibus rata fiunt (procurante eodem Mattheo, cuius ope et benevolentia ita confirmatum est) tria quedam tenementa in ciuitate Westmonasteriensi sita et edificata, sicque collegio imperpetuum (vt speratur) accreuerunt, vt postea latius dicetur.

The legacy
of John
Mere.

§ 67.] Denique quum dictus Mattheus summam octoginta librarum ex quorundam benefactorum et sui ipsius munificentia ac etiam ex bonis magistri Johannis Mere olim bedelli Academie Cantabrigiensis eidem collegio procurasset, quo tempore vnus ex superuisoribus testamenti siue vltime voluntatis eiusdem Johannis extitit, decretum fuerat, ut eadem summa in indenturam molendini cuiusdam per episcopum Eliensem dimissi in oppido quod dicitur Fenditton¹ insumeretur, ad hunc vsum scilicet vt scholares in collegio fundati possent ampliori gaudere victus ratione, et vt alie eleemosinarum largitiones erga pauperes, partim in oppido, partim alibi degentes fierent, cum aliis nonnullis piis distributionibus, vt in indenturis per conventionem inde factis apparet evidentius. Verum quum dimissio hec molendini importunis firmarii precibus finem sortita esset² et mutata, intercedente alia conuentione vt fieri potuit, predicta pecunie summa, pro maiori parte ad vsum collegii ante destinata, insumpta fuit in quatuor tenementa minuscula, sita in loco dicto Wallis Lane in parochia sancte Trinitatis: simulque statutum est, vt ex annuo reddito domuum predictarum vnus scholaris in perpetuum aleretur iuxta portionem et consueta commoda aliorum scholarium, et vt inperpetuum nominaretur scholaris Johannis Mere Bedelli.

Purchase
of houses
in Walls
Lane.

The agree-
ment be-

Et quoniam in dicti Johannis Mere mentionem incidimus,

¹ Fenn-Ditton B.

² est R.

sciendum est, quod idem Johannes pro singulari confidentialia ^{tween} quam in predicto Mattheo¹ repositam habuit, ipsum specialiter ^{Mere and} vnum ex superuisoribus testamenti sui² constituit, idque sub ^{the Uni-} eiusmodi forma et conditione vt quamuis domum suam pro- ^{versity is} priam, atque aliam quandam domum sibi per indenturam ^{left to the} dimissam pro termino suo Academie in perpetuum dono dede- ^{care of} rat atque legauerat, vniuersam tamen legati et donationis ^{Parker.} ipsarum domuum dispositionem penes eundem Mattheum esse voluerit, vt ea de re pro arbitrio suo statueret. Vnde predictus Mattheus author extitit vt inter Academiam et executores eiusdem Johannis indenture fierent, eiusmodi forma quam nunc approbarunt, quoad annuam ipsius commemorationis rationem, quid concionator pro suggestu diceret, quid pro labore perciperet, et quid particulariter distribuendum esset, tam vicecancellario, procuratoribus, taxatoribus, oratori, scrutatoribus, curato et quatuor bedellis, quam captiuis tum in castello tum in carcere (dicto *the Talbothe*) vna cum aliis huiusmodi distributionibus, prout indentura per eundem Mattheum primitus conscripta indicat. Cuius quidem indenture exemplar tandem ad perpetuam rei memoriam in collegio corporis Christi in eadem Academia saluum voluit asseruari.

§ 68. Atque etiam predictus Mattheus ex penitiori conside- ^{Parker's} ratione ad vberius emolumentum eiusdem Academie (cuius qui- ^{energy for} dem predictus Johannes Mere fidelis extitit officarius, quamque ^{the repair} semper beneuolo grate pietatis affectu prosequutus est); ab ^{of the} executoribus dicti testatoris exigendo impetrauit, vt summam ^{Schools.} quadraginta librarum ex bonis suis nondum distributam, in eiusdem Academie communium scholarum (que quidem quod ad plumbum, tigna, ac laquearia attinet, grauiter labefactate fuerant) reparationes insumerent. Vtque id recte et commodum fieret, Johanni Porye doctori theologo curandi partes demandauit. Quam ille rem bona fide prestitit eidemque dicto Mattheo rationem reddidit. Totius autem negotii sumptus ad

¹ prædictum Matthæum R.

² supervisoribus suis R.

55 librarum 2 solidorum ac 3 denariorum summam pertigerant; quod autem vltra dictas quadraginta libras insumptum est, viz. 15^{li}. 2^s. 3^d., predictus Mattheus ex charitatis in Academiam affectu de suo suppleuit.

His admi-
nistration
of Mere's
estate.

§ 69.] Preterea¹ idem Mattheus author fuit vt pons et via Regia clauso lanionum contigua (vocato *the butchers close*²) in oppido de Newneham tunc rursus de nouo repararentur bonis dicti Johannis Mere, sicuti annis superioribus eundem pontem et Regiam viam predictam bonis cuiusdam Johannis Thome chirurgi, natione Galli, reparari fecerat. Cuius quidem bona (eo quod intestatus e vita decessisset³), ad predicti Matthei tunc temporis vicecancellarii vicibus fungentis dispositionem peruenerant. Postremo multe alie distributiones liberales per executores dicti Johannis Mere, eodem Mattheo sic statuente, ad diuersos studentes et scholares peruenerunt.

His wise
economy
of the
college
finances.
Founda-
tion of
new fel-
lowships.

§ 70.] Sciendum⁴ quoque est quod frugali industria et fideli administratione reddituum et annuorum commodorum collegii per ministros eiusdem vltra reparationes et reedificationes diuersorum tenementorum ipsius collegii effectum est, vt ex redditibus et annuis commodis eiusdem singulis annis aliquid in erarium collegii immitteretur, quo fortuiti sumptus et expense dicte domus continuo temporis progressu sustineri possent; adeoque diligenti tractatione reddituum et commodorum collegii, magister et socii nuper et pro tempore presenti existentes terras ac tenementa quedam in oppido⁵ de Sondrige in Com. Cantie...quorum redditus hunc vsum sortitus est, vt sustentet duos socios in dicto Collegio, preter et supra numerum ordinarium octo sociorum, qui prius ex redditibus consuetis alebantur in eodem collegio. Decretumque est vt ea, quoad

¹ denique C.

² The boochers close C.

³ decessissit R.

⁴ postremo sciendum C.

⁵ In B, C there is a line and a half left blank after 'in oppido,' and then the passage proceeds thus: "quorum redditus hunc vsum sortitus est, vt sustentet vnum socium in dicto collegio, preter et supra numerum ordinarium octo sociorum, qui prius ex redditibus consuetis alebantur in eodem

omnia sit horum sociorum conditio, que ceterorum sociorum est, et que ex prescripto statutorum esse solet, emolumento annui redditus ex stauro ouium apud Landbeche cum aliis excepto, vt in indenturis exprimitur: hac obseruata cautione quod isti socii, vel alii imposterum fundandi, siue scholares iam fundati, vel alii deinceps fundandi, eum in modum regentur et tractabuntur intra ipsum Collegium vt magister et socii eiusdem domus pro tempore existentes equum censebunt; ita tamen vt nulli ordinationi seu constitutioni in vlla indentura comprehense ad foundationem spectanti dictorum sociorum vel scholarium preiudicetur.

§ 71.] ¹Insuper ad vberio^{rem} progressum studiose prefati Collegii societatis, prudenti et munifica dicti domini archiepiscopi prudentia decretum est inter magistrum hospitalis de Eastbridge in Cantuaria et magistrum et socios prefati collegii et eorum successores, quod predictus magister predicti hospitalis cum assensu decani ecclesie Cantuariensis semper missurus sit e schola Cantuariensi continuo pro temporis ratione (donec completus fuerit numerus 200 annorum) Scholares duos intra comitatum Cantie natos, pro quibus dictus magister hospitalis ex annuis redditibus eiusdem hospitalis numerabit integram summam sex librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum ita nuper auctam et eidem hospitali comparatam prefati Domini Archiepiscopi opera et diligentia supra omnes alios predicti hospitalis sumptus et impensa prius per foundationem primeuam confirmata.

The Kent
scholars.

Collegio. Decretumque est, vt ea quoad omnia sit huius socii conditio, que ceterorum sociorum est: et que ex prescriptis statutis esse solet: (emolumento annui redditus ex stauro ouium apud Landbeche duntaxat excepto;) hac obseruata cautione quod iste socius vel alii imposterum fundandi," etc. The text given above is derived from R, where a blank is also left after 'in oppido,' but a slip of paper containing the more complete text has been pasted over it. The text of B has been corrected to that of R by altering 'vnum socium' into 'duos socios' etc.

¹ This section, and the following, to the end of § 73, are omitted in C.

The Nor-
folk, Suf-
folk, and
Lincoln
scholars.

§ 72.] Postremo cum nuperrima donatione et concessione augustissime Regine Elizabethæ acquisitus fuerit e quibusdam tenementis in Westmonasterio sitis annuus clarus redditus octo librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum ad feliciorum progressum et incrementum trium scholarium in eodem collegio studentium, quoniam dicta cathedralis ecclesia nonnullam prediorum et possessionum partem intra comitatus Norfolcie et Suffolcie teneat: pactione quadam atque consensu definitum est, e tribus prefatis scholaribus duos in eandem scholam grammaticalem gratis recipiendos fore a Decano et capitulo, ex his qui fuerint eorum filii, quibus in eisdem comitatibus elocate sunt predictæ possessiones, si eorum parentes voluerint idemque studiose efflagitauerint; tertium vero comitatus Lincolnensis in suam scholam recipient. Qui quidem singuli postquam diligenter et satis accurate grammaticæ preceptis instituti fuerint, per dictum decanum et capitulum e schola predicta ad Collegium Corporis Christi et Beate Marie Cantabrigie mittentur, pari ibidem cum reliquis eiusdem Collegii discipulis iure, prouentu, mensa, et stipendio (dum bene sese gesserint) fruituri, quemadmodum syngrapha inter decanum et capitulum predictos et prefatum magistrum et socios apertissime docet. Cuius virtute vicissim obstrictos et deuinctos sese voluerunt magister et socii predicti collegii perpetuo futurum etiam in eodem collegio discipulum unum studiosum ex comitatu Cantabrigie, qui continuo vocetur discipulus magistri Joannis Mere armigeri nuper eiusdem Academiæ viatoris siue præconis, pari similiter iure, mensa, prouentu et stipendio et aliis rebus in indentura expressis cum reliquis eiusdem collegii discipulis fruiturus. Atque ita tandem procuratum est vt intra¹ predictum collegium, quum iam sit numerosa proles et auctior discipulorum (preter socios duodecim) turba (viginti viz. numero), inde magna spes est eiusdem collegii alumnos posse domi apud se lectiones, disputationes, aliaque doctrine sue exercitia studiosius excolere

¹ inter B.

atque ita tandem assidua eorum opera et industria tantos tamque vberes progressus facere, tum in cognitione et scientia tum etiam in omni politioris literature studio, vt quemadmodum reliqua eiusdem academie collegia ita hoc etiam maiorem nominis laudem et decus consequatur.

§ 73.] Quod si quis cognoscere cupiat quibus mediis predictus cetus duodecim sociorum et viginti discipulorum in hunc numerum accreuerit, intelligat a primis fundatoribus aliisque benefactoribus antiquis fundatos et constitutos fuisse in collegio preter magistrum octo socios ordinarios. Nonus vero et decimus diligenti et assidua magistri et sociorum tunc existentium opera augebantur, quorum stipendia prouentu et autione reddituum collegii sustentantur. Vndenus vero et duodenus similiter additi et adiecti impensis tantummodo et sumptibus Matthei Cantuariensis Archiepiscopi. Quantum vero ad dictorum discipulorum numerum attinet, bibliotiste tres constituti sunt, partim a primis fundatoribus, partim ab aliis benefactoribus subsequentibus. Deinde industria prouentuum et reddituum collegii autione, sex discipuli adiciebantur. Decimus fundatus studio et beneuolentia Joannis Mere armigeri. Tres preterea discipuli additi sunt sustentandi e redditibus quorundam edificiorum in Westmonasterio nuper acquisitorum, vt predictum est. Duo augebantur sumptu et impensis hospitii de Eastbridge in Cantuaria. Quinque postremo aucti sunt et adiecti sumptu et impensis predicti Matthei in perpetuum. Quorum stipendium et continua pensio predictis duobus sociis iuxta cartas indentatas sustentenda sunt et soluenda quotannis e Ciuitate Nordouici in perpetuum, secundum ordinem et formam constitutam.

History of
the various
fellow-
ships and
scholar-
ships.

[Unus preterea Bibliotista impensis collegii, per ordinationem eiusdem Archiepiscopi. A quo etiam tres adiecti sunt e Cantuaria, Wymondham, et Aylisham in comitatu Norfolcie oriundi. Sex etiam additi per honoratissimum Nicolaum Bacon militem, magni sigilli Anglie sub Elizabetha custodem, et

quondam una cum Mattheo predicto hujus collegii bibliotistam. Qui scholares mittendi sunt e schola Botesdalensi in agro Suffolcie: quatuor addidit nobilissimus vir Rogerus Mannors, magnorum Rutlandie comitum prosapia ortus, e Rectoria de East-Chenock in comitatu Somerset sustentandi; unum Norfolciensem fundavit Mr Johannes Borrage cuius pensio solvenda e tenemento in Barsham sito in comitatu predicto. Tres alios dono dedit Mr Leonardus Cawston, sustentandos pensionibus e maneriis quibusdam in comitatu Suffolcie. Denique Thomas Colman dono legavit annuam pensionem 20^{lib.} ex quibusdam tenementis in vico Wymondham sitis persolvendarum in exhibitionem illis, qui in hoc forent illi cognomines, quorum defectu predictam summam inter 4 scholares, quorum duo e Norvico, alteri e Wymondham, equaliter distribuendam voluit.

Postremo R. R. pater Ricardus Sterne Archiepiscopus Eboracensis, et quondam hujus Collegii socius, in sustentationem 2 scholarium quorum unus e Mansfield in comitatu Nottinghamie: alter e civitate Eboraci aut eorum defectu uterque e Diocesi Eboracensi, viginti minas contulit ex redditibus quibusdam in villis de Thirsk et South-Kilwington in Comitatu Eboracensi¹.]

Construc-
tion of ad-
ditional
chambers:
chapel
increased
in size.

§ 74.] Atque quia numerus sociorum et discipulorum hoc modo constitutus et fundatus in collegio predicto integrum omnium camerarum numerum in interiore quadrato dicti collegii tenere et occupare debeat et possit; et vt magister et socii existentes grata recordatione prosequantur aliquot externos studiosos qui continuo in eo collegio versari cupiant, vt huiusmodi et suis locis et eorum societate fruantur et aliquo modo participes fiant charitatis et benevolentie fundatorum et benefactorum collegii, vnanimi assensu presenti hoc anno Domini

¹ This passage, from 'Vnus preterea—Com. Ebor.,' is not to be found in R. B. Baker notes "que uncis includuntur sunt additamenta;" and to the last paragraph, 'Postremo—Com. Ebor.,' "Hec adjecta sunt recentiori manu."

viz. 1569¹ edificatas curauerunt sex alias cameras pensionariorum vsui inservituras extra predictum quadratum in area quadam vacua et loco inani versus hortum, cuius parietes exedificate fuerant magistro D. Cosyn tunc dicti collegii preposito, atque in pistrinum destinato et granarium in vsum societatis predicti collegii. Cuius tamen pii hominis conatus in finem non successit, quamvis parietes eiusdem domus future stabant ad altitudinem quandam exedificati. Qui quidem locus exinde in sphæristerium quo pila palmaria luditur cessit in exercitium studentium in eodem collegio, nunc autem constructus trabibus solariis et contignationibus aliisque structuris quemadmodum hodie videre licet in vsum huiusmodi pensionariorum quibus in eodem collegio versari uidebitur. Et quum numerosior iam turba studentium fuerit quam vt omnes in priuato sacello locari et sedere poterint (vbi priuatis precibus, problematibus, et disputationibus interesse solent), vt commodius auscultare valeant, hoc etiam anno pars illius muri qui sacellum ab exteriori ambulatorio diuiserat diruta est, vt locus in prædictum finem augeatur.

§ 75.] Preterea quum serenissima princeps Elizabetha, Regiam dignitatem corone Regnorum Anglie Francie et Hibernie jam dudum adepta, predictum Mattheum una cum aliis Cantabrigiam visitandi gratia destinasset ut ex ipsius literis patentibus magno sigillo consignatis apparet: illi visitatores cum collegis suis statuta eiusdem Academie generalia de integro examinata stabiliuerunt et istius collegii singularia recognouerunt et confirmauerunt, que quum sub Regina Maria partim mutata, partim abolita fuissent hoc modo in eum statum

Parker is made one of the Visitors of the University: frames new statutes.

¹ The last figure had been left blank in the copy Baker used, for it is added in a different hand and ink—and he adds, “Ita MS. Acad. Cant. Idem annus designatur in statutis, aut Interp. statutorum.” In B however, from which I presume the transcript used by him was made, the date is written in the same hand as the rest of the text.

restituta sunt quem in diebus Regis Edwardi sexti obtinuerant, cum recognitione et consideratione statutorum magis accurata, manuumque aliquorum uisitorum subscriptione viz. Matthei Cantuariensis: Roberti Wintoniensis: Gulielmi Cecilii militis: Anthonii Cooke¹ militis: et Walteri Haddon legum doctoris; cum appensione sigilli Regie Maiestatis ad causas ecclesiasticas. Liber autem ille statutorum in cista collegii communi recondendus tradebatur.

After he becomes Arch-bishop, he continues his interest in the college.

§ 76.] Quum vero predictus Mattheus dicte Regine Elizabethae favore ac benignitate ad Cantuariensis Archiepiscopi munia deuocatus esset, benefice voluntatis, qua predictum Collegium prosequi tenebatur, haud immemor, officii sui vigore tenementa quedam in Longditch in parochia S. Margarete de Westmonasterio sita ad summam octo librarum tresdecim solidorum et quatuor denariorum de claro redditus annui, eiusdem collegii possessionibus adjicienda curauit in scholarium quorundam sustentationem, quorum antea fit mentio, ita ut octo quidem libre in sustentationem trium in collegio scholarium annuatim insumantur, ea distributione ut unusquisque illorum quinquaginta tres solidos et quatuor denarios percipiat. Jam vero id, quod superest, viz. summa tresdecim solidorum et quatuor denariorum magistro presidenti vel superuisori earundem domuum numeratum iri decretum est, atque dicte octo libre tamdiu in tres scholares modo prefato erogabuntur quamdiu predictae domus cum redditu permanebunt; proviso tamen quod magister ac socii pro tempore existentes predictum numerum scholarium, et pecunie superius memorate in eorum sustentationem conferende summam vel augere poterint vel diminuere, prout augebitur vel diminuetur ipse redditus.

Idem etiam propriis sumptibus et expensis quinque alios scholares in eodem collegio in perpetuum stabiliuit, iuxta eam

¹ Coke B.

formam que in indenturis inde factis exprimitur [vt antea supradictum est]¹.

Denique vt ad statum ornatorem magistri pro tempore existentis aliquid vberioris lucri accederet, aduocationem ecclesie cuiusdam Londini, que Abchurche dicitur, collegio concedendam curauit, interveniente etiam literarum Regine patentium confirmatione, vt ex eisdem facile perspicere est.

Postremo ad studia sociorum ac scholarium eiusdem collegii promouenda dedit ex propria Bibliotheca libros quosdam impressos, simulque alios codices manuscriptos; eosdemque inuentariis indentatis exprimendos curauit, eaque forma asservandos atque tractandos que in particulari ordinatione ad eam rem spectanti comprehensa sequitur².

¹ The words within brackets are in B only, where they are an addition, though in the same hand. After 'exprimitur' in R the rest of the page is left blank, and the two following paragraphs are written near the bottom of the next page.

² Baker appends the following note:

"[Deest tamen.] In a fair copy or originall of this Historiola [inter Archiva Academiæ Cant.] this History ends at *finem augeatur*. Then follows the History or Life of Archbp. Parker, and after that on two different Pages the five several Clauses here added, beginning with *Præterea cum* and ending with *comprehensa sequitur* as here."

NOTES.

John Joscelyn, or Josselin, was Fellow of Queens' College, and Latin secretary to Archbishop Parker. The scanty incidents of his life are narrated in Cooper's "*Athenæ*," ii. 366, where a list of his works, in which, however, the '*Historiola*' is not included, is given. That the '*Historiola*' is his work is however proved by a note appended to the Life of Archbishop Parker in the Corpus MS., B. After the concluding words the copyist adds '*Hanc historiolum a pagina .71. conscripsit (suo iudicio vsus) in testificationem obseruantiae suæ Iohannes Iosselinus artium magister et Thomæ Iosselini militis filius, predictique reuerendissimi a lingua latina amanuensis et etiam ab eadem secretarius.*' That the Life was written by the same person as the '*Historiola*' is certain, for the first sentence of the Life runs as follows: '*Quamquam multa enarrauerimus quæ de statu Collegii Corporis Christi et de rebus gestis quorundam prefectorum duximus commemoratione maxime digna, superest vt narrationem hanc protrahamus paulo prolixius eius predicti Matthei Parkeri gratia, de quo ea adhuc diximus que solum gessit ad propagationem et vtilitatem Collegii prefati cui preerat.*'

The text of this edition was derived in the first instance from a copy preserved in the Registry of the University, which has almost the authority of an original, to judge from the evident age of the handwriting, and from the presence of Parker's initial letter bearing the date 1568 on the first page. I next collated with this the transcript by Baker (MSS. Vol. xxii.) which, as he tells us at the end, was

"Desumpt: ab exemplari M^{ri} Mickleborough¹ Coll. Corp. Chr. Socii. Suspitor mendas aliquas subesse, quas transcribere malui, quam ex conjecturâ corrigere."

Below this he has added, apparently at a different time, for the words are written in another and paler ink,

¹ John Mickleborough, Adm. 1712. I have in all cases in these notes, unless it is otherwise stated, taken the dates of admission and the orthography of proper names from the List of Members drawn up by Dr Lamb in his edition of Masters' History of Corpus Christi College.

"I have since seen the volume from which it is taken, *Ms. C. C. C.* containing the following particulars, viz. :

- (1) Series Magistrorum Collegii a prima fundatione ejusdem.
- (2) Statuta Collegii C. C. C.
- (3) Historiola Collegii C. C. C. (prout supra).
- (4) Historiola J. Josselini de eodem [viz. *Matthæo Archiepō*].
- (5) Charta Reginæ Eliz. de nundinis de Sturbridge.
- (6) Catalogus Librorum quos *Math. Archiepūs* dedit *Academiæ Cant.* excus: in quatuor Paginis, singulæ Paginæ continent 25 volumina, sub hoc Titulo: *Matthæus Cantuar. Archiep. dedit Academiæ Cantebr. in Bibliotheca sua communi servandos Anno Dni. 1574.*

1. *Registrum Chronicarum*, &c. continet folia 326 &c: numero 100."

This volume could not then be found in either the Library or the Treasury of Corpus Christi College, although diligent search was made for it in both places. I felt sure, however, that it must be still in existence, for Masters mentions (p. 99) that in his time there were two copies in the College, one older than the other, besides the one belonging to the University, and it seemed most unlikely that either of them should have been lost or destroyed since.

One of them, that designated C, was found in the Lodge by the late master, Dr Pulling. It is written in a hand closely resembling that of the copy in the Registry, and has Parker's initial letter, as the former has, but coloured and gilt. It is valuable, because it differs from the others in several places, and usually gives a less incorrect text. It is however only the work of a copyist, and that not a learned one, as is proved by the frequent insertion, by way of correction, in a different hand, of necessary words above the line or in the margin. The other copy is alluded to twice in a marginal reference "*Vide alterum MS.*" After the death of Dr Pulling the second MS. was at last found in the Lodge. It had probably been overlooked in the first search from being lettered '*Statuta*' on the back. The volume is apparently in the same condition as when Baker saw it. It is to be regretted that he did not make his copy directly from it, rather than from Mr Mickleborough's transcript, to which we may charitably ascribe the innumerable mistakes, of which he was himself cognizant, and which render his work of very little value. The MS., like the other, C, is the work of a copyist; and mistakes in orthography and in the position of words have been corrected in another but a contemporary hand. The various readings, however, shew that it has not been derived from the same original as the former. For instance, the account of the benefits conferred upon the college by the Duke of Lancaster, § 11, is much less favourable to him in B than in C.

The MS. mentioned by Masters (p. 99) as in the possession of the City of Norwich, cannot now be found.

A few extracts from the "Historiola" occur in a MS. in the University Library (Gg. 4. 8), entitled "Documents relating to Corpus Christi College," but they are of little value. They were probably made for Strype¹.

The Rev. Robert Masters speaks very disparagingly of Josselin's labours ("History of Corpus," 1753, p. 98). After enumerating the works of Archbishop Parker, he proceeds: "To all these we may add...the *Historiola Collegii*, drawn up by his order from divers Writings and Monuments therein by his Secretary above-mentioned: wherein, for the better preservation of the memory of its Benefactors &c., a succinct account is given of their Transactions from the time of the Foundation to the year 1569; in this however are not a few Mistakes, and so little regard is had to Method and Chronology, that where any other Information could be had I have sparingly made use of it; and when no other could be obtained, have scarce ventured to assert anything positively upon its authority only." This unfavourable opinion however has not prevented him from taking the whole work and inserting it piece-meal into his history without any acknowledgement whatever, making use not merely of the facts, but the reflections. Compare for instance the following passages:

JOSSELIN.

§ 1. Que ut situ et appellatione diverse fuerant ac diuise: ita studio ac sollicitudine une videbantur ac unite. Nam de propagando honore sue cuiusque societatis magno utrinque contentionis ardore desudatum est. Quemadmodum igitur societas Gilde Sancte Marie terras ac tenementa in manu mortua (quam vocant) acquirendi studio flagrans ad sacellanorum quorundam sustentationem, qui pro animabus sue fraternitatis in ecclesia Beate Marie celebrarent: pari ratione Aldermanus, fratres, et sorores Gilde Corporis Christi non minorem operam posuerunt in terris ac tenementis acquirendis, unde sacerdotibus quibusdam victus suppeteret pro animabus fratrum et sororum eiusdem Gilde in parochiali ecclesia Sancti Benedicti celebraturis. Et utrique

MASTERS.

P. 11. The two forementioned Societies, although situated in different parts of the Town, and distinguished by different Names, yet seem to have been united in the same pursuit, each striving to promote its own honour and credit with the greatest earnestness. With which view that of St *Mary* was desirous of holding Lands and Tenements in Mortmain, for the support of Chaplains to pray for the souls of the Fraternity in St *Maries Church*, whilst that of *Corpus Christi* was not less eager of acquiring the same for the maintenance of Priests to pray for the souls of their Fraternity in St *Benedicts Church*. Several Licenses for holding such Lands, as each of them should piously devote to the forementioned uses, were accordingly obtained of Edward the

¹ See his Life of Archbishop Parker, Chap. IV.

JOSSELIN.

sane fraternitati potestatem fecit Edwardus tertius partim undecimo, partim vero decimo sexto ac vicesimo annis regni sui terras eiusmodi ac tenementa mortizandi, que alterutra pars (suggerente pietatis sue affectu) in usus predictos conferre vellet. Qua in re acriter utrinque certatum est, paribus sane studiis, at euentu longe dispari: nam quo maior ad Gildam Corporis Christi, tum quoad fratrum numerum, tum quoad redditus terrarum facta est accessio: tanto maior ad Gildam Sancte Marie horum omnium diminutio.

§ 3. Denique, quum iam una illa utriusque partis sese uniendi sententia valuisset, communi consensu per amicos suos apud predictum regem Edwardum egerunt, tam pro se vniendi facultate, quam pro collegio suo, quod in opere erat ad calcem fere perductum, regio diplomate confirmando; prudenter in hoc maturè prospicientes, vt, quum alii quidam fundatores collegia sua que edificabant, priuata auctoritate (bullis solis contenti papalibus) stabilirent, que nec nisi multis interiectis annis regie confirmationis robur acceperunt, ipsi regia auctoritate muniti collegii privilegia securius tuerentur, ac omnem aduersarie cavillationis occasionem amputarent.

These parallel passages might be multiplied almost indefinitely: and, indeed, it is almost impossible to imagine any other source from which Masters could have derived the facts of the early history, except from Josselin, whom he has thus tried so ungenerously to discredit.

§ 3. The Charter of Edward III. is printed in *Commiss. Docts.* ii. 445, and also in *Masters*, App. No. 4. The Bishop of Ely's Confirmation of it, dated "Downham, Feb. 3, 1352," is copied in *MSS. Baker* vi. 19.

MASTERS.

third: in which business there was a zealous emulation betwixt them, wherein although the Contest was pretty equal, yet the Event was very different, for in the same proportion as the number of Brethren and Revenues of the latter increased, so were those of the former diminished."

P. 12. "At length when this Union was agreed to by both Parties, they thought it adviseable to apply to the King by their common Friends for a faculty for perfecting thereof, and for the better establishing the College, which was then in building and pretty far advanced, prudently using this precaution in the affair, to the end that they might the more securely enjoy their Privileges, and cut off all occasion of debate; whereas some other Founders built Colleges upon the strength of Papal Bulls only (of which this was not entirely destitute) whose Foundations did not receive the Royal Confirmation for many years after, by which neglect they were subjected to many inconveniences."

The deed of donation of the advowson of S. Benedict's Church is preserved in Corpus Christi College Treasury, Box 31, No. 71. The names of the Aldermen and Brethren who were parties to it are not noted.

"Sciant.....quod nos Aldermannus et fratres Gilde corporis christi et beate marie Cantebr' dedimus.....magistro et scolaribus domus corporis christi et beate marie Cantebr' et successoribus suis quoddam mesuagium iacens in lorteboroulane Cantebr' iuxta cimiterium ecclesie sancti Benedicti Cantebr' cum aduocatione dicte ecclesie sancti benedicti cum pertinenciis suis, habend' etc. Dat' apud Cantebr' die sancti benedicti Abbatis Anno Regni Regis Edward tercii post conquestum vicesimo septimo." [March 21, 1353.]

The name *Dargentem* is merely a misreading of Dargentein, the universal way of spelling the name at that time. Their seat was at Melbourn: see Lysons's Cambridgeshire, p. 234.

The conveyance mentioned in the text has been preserved by Cole (Add. MSS. Mus. Brit., 5807). It is in French, dated 10 October, 24 Edw. III. (1351), from 'Johan Dargentein' to Guy de Sencler, Henry de Tangmer and others, probably officers of the Gild. The advowson was held as part of the dowry of Agnes 'de ma heritage,' wife of Johan de Mautravers, Chevalier, with remainder to Johan Dargentein. The conveyance is accompanied by a release from the lady's husband, also in French.

This Church was used by the University from very early times, as appears from the following deed. (Hare, i. p. 28. Paper copy in the Registry of the University.)

Compositio inter Cancellarium et Rectorem ecclesie sancti Benedicti super pulsacione campanarum.

In dei nomine. Amen. Cum inter dilectos filios Cancellarium et universitatem Cantebr' ex una parte, Et Alanum Rectorem ecclesie sancti Benedicti ex altera, super eo quod dictus Rector non permiserit pulsari campanam in ecclesia sua predicta ad convocandos clericos ad lectiones extraordinarias quedam discordia fuisset exorta; tandem nobis H. [Hugo de Balsham, 1257—1286] dei gratia Eliensi episcopo mediantibus, et vtriusque partis tranquillitatem non mediocriter affectantibus, ne per appellationes et execrabiles litis amfractus honori studentium aut commodo detrahatur, et ipsius Prioris quieti similiter derogetur, dicta discentio in hunc modum conquievit: Videlicet quod dictus Rector ob nostri reverentiam et honorem et favorem vniversitatis eiusdem, concessit et promisit quod suo perpetuo pulsetur civili et honesto modo in ecclesia sua prefata pro huiusmodi convocacionibus imposterum faciend' sicut hactenus inibi fieri consuevit, dum tamen clerico eiusdem ecclesie pro pulsacione huiusmodi more solito satisfiat. Nos igitur huiusmodi compositionem acceptantes, ipsam auctoritate pontificali confirmamus et sigilli nostri appositione communimus. Datum apud Skelford die Marcurii prox' post dominicam qua cantatur letare Jerusalem anno dñi millesimo ducentesimo septua-

gesimo tertio. [March 22 or March 14, according as the year 1273 means 1273 or 1273—4.]

Ex registro magistri Thome Markaunt. [B. fo. 10. b.]

This practice continued so late as 1624, as the following receipt shews (Miscellanea in the Registry of the University, Vol. 8, No. 13):

Aprill. 3. 1624.

Receiued of mr Smith of Magdaline Colledg, senior Proctor for the yeare of our Lord 1624 the sum of vj^s. viij^d., which vj^s. viij^d. is yearly and euery yeare paid by the senior proctor of the vniversitie to the Church Wardens of the parish of S^t Bennett in Cambridg whose names are heere vnder written, or to their certaine deputy for the vse of the belles for ringing to y^e schooles, att such times as neede shall require; as to acts, Clearums, Congregations lecturs disses and such like, and is to be paid at Easter; for the payment wherof we the Churchwardens haue sett our hands the day and yeare aboue saide: Aprill. 3. 1624, and say rec:—vjs. viijd.

Richard Pettit	} Churchwardens.
James Wilkinson	

§ 5. The Bishop of Ely referred to is Thomas L'Isle—consecrated 1345, died 1361.

The Charter of Queen's College, Oxford, is dated Jan. 18. 1340. The founder was Robert Egglesfield, Chaplain and Confessor to Queen Philippa, who assisted him to build his College, and became patroness of it after his death.

